SVMMA DOCTRINÆ CHRISTIANÆ

PER QVÆSTIONES LVCVLENTER conscripta.

AVCTORE.

D. PETRO CANISIO, SOCIETATIS IESV Theologo.

1 6 2 3

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maj.

INGOLSTADII,

Typis WILHELMI EDERI.

[illegible]

AD SENATVM POPVLVMQVE COLONIENSEM PETRI Canisij Theolog.

PRÆFATIO.

VITTO ad vos Catechismum, siue, vt ego dicere malui Christianæ doctrinæ summã, Lectissimi, amplissimique Viri: opus quidem puerile, vt nonnulli fortassis existimabunt, & ante hac sæpius editum: sed quod viros etiam exerceat, vt cui supremam ego manum nunc tandem impono. Cum autem ante decennium Viennæ versarer, & laudatissimo Regi Ferdinando, qui postea Cæsar declaratus est, à sacris essem concionibus, hoc ego qualecunque opus, vt ingenue fateat, eodẽ Principe sic postulante conscriptum in lucem primum dedi. Neque mihi hoc vitio vertendum puto, quod idem liber absque auctoris nomine prodierit sæpe: & si postea Veneti & Galli,

dum opus recudunt, me quidem inscio, nomen meum adscripserunt. Ego verò talis tantiq; Principis, qui facile primas in Germania tenebat, cum auctoritate, tum mandato contentus, Deo magis quam hominibus conatum hunc nostrū comprobare volebam. Nam & nominis expressi additamento id futurum prouidebam, vt multorū in me odia concitare, & virulentos calamos acuerem. Adeo nihil fere tam exactum & elaboratum nunc editur, quin Momos ilicò reperiat & crabrones vltrò irritentur. Neq; sanè mea me fefellit opinio: quod verebar euenit. Ita neq; nomen studiosè suppressum, neque seruata vbiq; styli modestia, cùm sępe aduersarios insectari potuissem profuit, quo minus clam palam huius laboris ergò morderer atque proscinderer, Christo interim opt. Max qui & ipse cùm ageret optimè, audiuit à suis pessime gratias ago singulares; quòd me dignum fecerit latratibus, atque morsibus sectatiorum, præsertim quorum iam damnata est, & posteris execranda erit memoria in Ecclesia Dei. horum sæuas in me sententias & iniquas damnationis leges surdis veluti auribus prætereo.

Etenim

Etenim ab Ecclesiæ Catholicæ hostibus, multarumque hæresum patronis reprehendi, quid est aliud quæso, quàm commendari, & bonum Ecclesiæ ciuem magis magisque bonis omnibus comprobati? Nos quidquid hic scripsimus, non quæstus, mercedis, aut gloriæ cupiditate pellecti: non hominis odio vel Amore prouocati, sed quod sanctè iurare possumus, Religionis & veritatis illustrandæ studio permoti, & ab illo Cæsare impulsi sic scripsimus vt Catholicorum, & præcipuè Germanorum commodo publico inseruiremus. In scribendo autem non sanè nostrum, aut vllius priuatum, sed communem Ecclesiæ Catholicæ sensum & consensum secuti sumus, ac sequi porrò ex animo desideramus. Si quis verò est imbecillior, quàm qui aduersariorum iniquam de libro censuram possit negligere, hic primùm cogiter secum causam quæ oppugnatur cum vniuersa Ecclesia, quæ Catholicæ nomen meretur, nobis esse coniunctam. deinde maiora & plura quidem nobis fauere quàm obstare suffragia intelligat. Loquor autem de ijs testibus, quos omni exceptione maiores Cæsar in suo vel diplomate, vel edicto

produxit,nimirum Principes, Magistratus; Curias, Gymnasia:nam ab his librũ eundem studiosè legi, legendumq; proponi, & publicè defendi nobis etiam tacentibus passim resipsa declarat. Verũ imprudenter ago fortasse qui sanctæ simplicitatis oblitus, hæc persequor, velut satis non habeam Ecclesiæ sanctæ auctoritate fulciri,sed hominum quoq; fauore & iudicio mouear At cupio sanè, quo ad eius fieri potest,infirmorum vitare offendiculum, & prouidere bona (vt Paulus iubet)non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Igitur veniam ab omnibus,qui rectè & candidè iudicabunt, me haud grauatim impetraturum confido, quod in hac editione nomen meum profitear,cùm idem in Exemplaribus non paucis iam antè(vt dixi) editis circumferatur, cùm & Cæsar hoc apertè in suo edicto expesserit, cùm demum & lege sit cautum Ecclesiastica,vt liber nullus absque autoris nomine & inscriptione probetur. Cæterum in hac editione, ac potius operis recognitione, ingenuè fatebor id accidisse mihi, quod alijs sæpe doctioribus vsu venire solet,vt ad sensum illustrandum, iuuandumque lecto-

rem

rem nonnulla immutauerim, multa etiam adiunxerim. Quod studium æquis quidem censoribus molestum esse non potest, vt qui re ipsa sæpè comperiunt; haud temerè iam olim dictum esse illud: posteriora consilia meliora. Quanquam per nos etiam licet, si quibus ita lubet, vt prior editio retineatur. Nam vtramque catholicam, & in astruenda veritatis doctrina consentientem esse, docti deprehendent.

Sed iam tempus est, vt ad vos redeam præstantissimi Viri, qui rem vestra quidem humanitate dignam, mihique pergratam feceritis, si opus hoc recognitũ, vt *dixi*, *multisq;* in locis locupletatum, quod reuerenter à me nomini vestro nuncupatur, æqui bonique consulatis. Neq; verò mihi desunt causæ huius nuncupationis. Primùm enim cupiebã obseruantiæ ac gratitudinis erga vos meæ testimonium aliquod exhibere, vt qui multis annis in spectata Repub. vestra versatus, cum liberalium artium, tum *sacræ* Theologiæ studijs apud vos operam dederim. Ad hæc Catholicum opus eiusmodi patronis vel maximè commendandum erat qui de re Catholica præ-

clarè meriti, ingentem suæ pietatis ac defensæ Religionis gloriam essent consecuti. Vbi non prædicabo, vt sanè possem, Rempub. vestram, quæ non frustra tot seculis hoc insignitur elogio, vt inter Germanicas omnes iure quodam suo dicatur, & sit FELIX Agrippina Colonia, sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidelis filia. Patrum sit vrbem vestram in Romano imperio nulli secundam, sanctorum Martyrum sanguine mirificè consecratam, fortunis ac opibus abundantem cernere. Alirentur alij vetus apud vos gymnasium, & celebre emporium. Ego verò in primis hoc nomine vobis gratulandum, summasque sommo Deo gratias agendas esse duco quod Apostolico præconio iam olim Romanis delato vos quoque dignos redditis, vt fides vestra in vniuerso mundo annuncietur. Igitur, vt auitam, certam & integram Religionem conseruetis, quo nihil habetis aut sanctius aut antiquius, impijs quidem nouationibus, ac prophanationibus nullum in Repub. vestra locum relinquitis, sectarios autem horumque conatus, qui vobis sæpè insidiantur, non minus prudenter quam fortiter profligatis; tum

præ-

præclaro vestræ pietatis zelo id perficitis; vt cùm alibi passim distracta sint religionis studia, & sectæ inter se prorsus dissectæ pestilenter vigeant, tamen apud vos cor vnum & anima vna; vnum etiam ouile sub vno pastore vsque perseueret. Ita demum re ipsa declaratis, haud temerè dictum esse, quod auctor vetustus, & veritatis comprobandæ, magis, quam styli ornandi studiosus memoriæ prodidit, cùm vrbem vestram his verbis tam in Ecclesiæ vestræ vsum receptis, commendauit: *Post quam fidem suscepisti Ciuitas pia nobilis recidiua non fuisti sed in fide stabilis.* Inuideant hanc vobis felicitatem illi, qui depositum à Paulo commendatum non custodiunt, sed in aliud quoduis Euangelium, quàm quod Apostoli annunciarunt, transferri se patiuntur; neque rarò fidem perinde ac monetam commutant. Deum immortalem ex animo precor vobis, vt hanc gratiam & fidei constantiam, qua prælucetis Germaniæ, perpetuam esse velit. Coloniæ Agrippinæ ferijs Epiphaniæ Domini Anno Virginei partus M.D.LXVI.

CAPUT I.

DE FIDE ET SYMBOLO FIDEI.

I.

Quis dicendus est Christianus?

QUI *Iesu Christi veri Dei & hominis, salutarem doctrinam in eius Ecclesia profitetur.*

Omnes proinde cultus & sectas, quæ extra Christi doctrinam & Ecclesiam vbiuis genitum reperiuntur, vt est Iudaica, Ethnica, Mahometica, Hæretica, damnat & detestatur penitus, qui verè Christianus est: & in ipsa Christi doctrina firmiter acquiescit.

Actor. 11. d
1. Pet. 4. d
Athan. cõtra Arr. orat. 2.
Cypr. ep. 2. libr. 4. & le. simpli. præl.
Ign. ad Magnesia. Aug. tract. 113. in Ioan. & serm. 301. de temp. c. 12. Tertul. libr. de pudicitia. & de præsc. hær.

II.

Quo compendio Christianam doctrinam licet complecti?

VT *nimirum Christianus norit & obseruet, quæ tum ad sapientiam, tum ad iustitiam spectant. Sapientia, vt Augustinus ostendit, circa virtutes Theologicas, versatur, Fidem, Spem & Charitatem,*

Lib. 2. retracta cap. 63. & Enchir. ca. 3.
1. Cor. 13. d

tem, quæ & diuinitus infunduntur, & cùm in hac vita pure maximeq́ʒ excoluntur; beatos homines diuinosq́ʒ reddunt. Iustitia verò duabus partibus, declinatione à malo, & bona operatione absoluitur. Huc enim spectat, quod Propheta inquit Regius: 1. Diuerte à malo, & fac bonum. *Iam ex hisce fontibus, Sapientia scilicet & Iustitia, nõ dissimiliter hauriuntur cætera quæcunq́ʒ Christianæ quidem institutioni atq́ʒ disciplinæ congruunt.*

III.

Quid primum traditur in doctrina Christiana?

F*Ides, ianua illa nostræ salutis, sine qua Deum inuenire & inuocare, Deo seruire & placere nullus in hac vita potest.* 2. Credere *enim* oportet accedentem ad Deum, *inquit Apostolus;* 3. qui verò non crediderit condemnabitur, & iam iudicatus est, *ex Christi sententia.*

IV.

Quid fidei nomine intelligitur?

D*E Idocum & lumen, quo illustratus homo, firmiter assentitur atq́ʒ adhæret ijs, quæ vt credantur sunt diuinitus reuelata & ab Ecclesia nobis proposita.*

 Cuius-

Cuiusmodi sunt, Deum esse trinum & unum, è nihilo creatum mundum, Deum factum esse hominem, & pro hominibus mortem sustinuisse, Mariam & Virginem & Dei Matrem existere, mortuos omnes ad vitam excitandos esse, hominem ex aqua & Spiritu sancto regenerari, totum Christum in Eucharistia contineri, & id genus alia religionis nostræ veneranda mysteria, quæ diuinitus reuelata, non humanis sensus captu comprehendi, sed fide duntaxat percipi possunt.

1. Esai. 7. b secundũ 70. Basil. in Psal. 115. & in summa 80. moralium cap. 22.

Vnde Propheta: 1. Nisi credideritis, *inquit,* non intelligetis. *Non enim spectat fides naturæ ordinem, non sensuum fidit experientia, non potentia aut ratione humana, sed virtute & auctoritate diuina nititur, illud planè certum habens, summam æternamq; veritatem, quæ Deus est, nec falli posse vnquam, nec fallere.*

2. Cor 10. b 3. Luc. 1. c 4. Euseb. Emiss. hom. 2. de sym. Cyrill. catec. 5. illum.

Quamobrem id fidei vel maximè proprium est, vt in 2. captiuitatem redigat omnem intellectum in obsequium Christi, 3. apud quem non est difficile, nedum impossibile, omne verbum. Hæc 4. fides lumen est animæ, ostium vitæ fundamentum salutis æternæ.

Ivy. serm. de fide, spe & charitate, Cyr. lib. 4. in Ioan. cap. 2.

V. Est.

V.

Estné breuis aliqua fidei complexio ac summa omnium nobis credendorum?

EST illa, quam duodecim Apostoli suo symbolo tradiderunt, quamque in sectiones, seu articulos duodecim aptè distinxerunt. Dignum sane opus his 12. auctoribus, qui post Christum Dominum Christianæ fidei præcipue & sanctissimi fundatores extitere. Quod quidem symbolum velut illustris nota est, qua Christiani ab impiis, qui vel nullam, vel non rectè Christi fidem profitentur, discernendi ac internoscendi sunt.

Amb. ep. 8. & serm. 38. Aug. serm. de tempore 181. Ruf. in sym. Irenæus lib. 1. cap. 2. & lib. 3. cap. 4. Hieron. ad Pammachiũ aduersus errores Ioannẽ Hierosolym.

Leo serm. 11. de pass. & epist. 13. ad Pulcheriam. & serm. contra Eutychetem. Maximus cit. in d. tract. 1. de symb. 2. Symbolum expli[illegible]runt Cy[illegible] in Catechesibus illum. Chrysost. homil. 1. & 2. in symbolum. Ruffin. in symbol. August. in Enchiri[illegible]o ad Lau[illegible]item lib. 1. & 2. de symb. ad catech. in lib. de fide & symb. l. serm. 115. 119. 123. 125. 151. 181. 192. 193. 194. de tempore.

VI.

Qui sunt symboli huius articuli?

I. Credo in DEVM Patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ.

II. Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum.

III. Qui conceptus est de Spiritu sancto natus ex Maria Virgine.

IV. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.
V. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.
VI. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.
VII. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.
VIII. Credo in Spiritum sanctum.
IX. Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem.
X. Remissionem peccatorum.
XI. Carnis resurrectionem.
XII. Et Vitam æternam, Amen.

VII.

Quò maximè spectant hæc Symboli verba?

Hierem. 9. f
Ioan. 17. a
1. Cor. 2. a
2. Pet. 2. b

EO certe, Vt Veram Dei diuinarumque rerum cognitionem, quæ ad benè beatéque Viuendum est cuique necessaria, succinctè comprehensam habeamus.

Vbi primum & præcipuum habet locum agnitio & confessio sanctissimæ Trinitatis, ne Vllo modo dubitetur, Deum, quo nihil aut maius, 1. aut melius, aut sapientius potest excogitari, in essentia quidem seu natura diuina Vnum & simplicem, in personis Verò tribus esse distinctum, Vt

1. Aug. confess. li. 2. c 4. Aug. libro de fide & symb. cap. 9.

1. alius

2. alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus esse ante omnia certò credatur. Pater est, qui suum ab aeterno filium generat, fons & opifex rerum. Filius ex Patre genitus substantia, mundi Redemptor est ac Saluator. Spiritus sanctus, qui & Paracletus dicitur, Ecclesia seu Christi fidelium est administrator. Iam hi tres Vnum sunt, hoc est, Vnus Verus, aeternus, immensus & incomprehensibilis Deus. 1. Athan. in symb. 1. Ioan. 5. b.

Pulchrè igitur huic sanctissima simul & indiuidua Trinitati partes symboli tres pracipua respondent. Prima nimirum de creatione, secunda de redemptione, tertia de sanctificatione.

VIII.

Quid sibi vult primus Symboli articulus, Credo in Deum Patrem.

Ostendit nobis primum, Deum Vnum, & in Deitate primam personam esse Patrem caelestem, aeternum, potentia maiestateq; summum, cui nihil factu impossibile sit vel difficile, qui vita ac mortis potestatem omnem obtinet. Genes. 1. a Esai. 53. a Iob. 37. 2. d Eccles. 3. h Hier. 32. a Sapien. 10. b

Is ipse Pater Filium ex omni aeternitate genuit, & nos hoc tempore gratia in filios sibi adoptauit. Eius tanta vis est, vt Verbo solo, tam visibilia, quàm inuisibilia Psal. 2. b Hebr. 1. b Rom. 8. c d Psal. 32. b

pro-

Coloss.1.c. Matth.6.d. Heb.13.b. 2.Tim.4.c. & 6.d. Rom.11.d. 1.Iacob.1.c. 2.Cor.1.a. Luc.12.a. Gen.17.a.b. Psalm.26.a. 90.a.124.a. Iob.40.a. a.41.a. 2.Cor.10.c.

produxerit ex nihilo, producta verò vsque conseruet atque gubernet summa cum bonitate ac sapientia: à quo & ad quem omnia: ipse Pater luminum, apud quem non est transmutatio: Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: talis demum ac tantus, vt ad nutum illius supera terrestria, infera subitò pareant: quo duce ac protectore nos in summis etiam malis atque periculis illæsi ac tuti conseruamur.

IX.

Quid habet secundus articulus, Credo in Iesum Christum.

Luc.1.c.2.b. c.Matth.1. d.Esai.9.a. Ps.44.b.88. c.Act.4.c.& 10.f.1.Reg. 9.10.11.a.c. Ioan.1.b.f. Heb.3.a.5.b. Col.1.c.2.b.

Commonstrat secundam in Deitate personam, Iesum Christum verum Deum & verum hominem, dictum quidem Iesum, hoc est, saluatorem populi sui: & Christum, id est, Vnctum, Spiritu sancto, ac plenum omni gratia & veritate, Messiam, Regem & Pontificem nostrum, qui primatum tenet in omnibus, & in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis.

Ephes.1.1.d. Ioan.10.e.f. Hebr.1.a. Apoc.1.d. Matth.28.d. Dan.7.d.

Ostendit eundem esse filium Dei vnicum à Patre natum, ab æterno genitum, naturalem, consubstantialem, & ei prorsus æqualem secundum diuinitatem: Do-

mi-

minum vero nostrum & omnium in ipsum credentium, ut quos ipse perditos ex seruitute Satanæ vltro liberauit, quosque iugo peccati & damnationis obnoxios liberalissimè redemit. Luc.11.c Rom.8.a 1.Cor.6.d

Is impijs quoque dominatur: omnia enim pedibus eius subiecta sunt. Tum verò maximè Dominum dominantium, & Regem Regum se improbis ac vniuerso mundo palam declarabit, cùm hostes ad vnum omnes quamuis inuitos sua subijciet potestati, ac veluti paleam igne comburet inextinguibili. Hic dilectus filius, hic noster Emanuel, & audiendus Præceptor: nec aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo nos saluos fieri oporteat. Psal.8.b Apoc.19.c Matth.25.d 1 Cor 15.d Matth.3.c Luc.3.c Matth.1.d 17.a Act.4.b

X.

Quid credendum proponit tertius articulus, Conceptus est de Spiritu Sancto?

EVndem testatur Dominum, qui jam inde ab æterno genitus à Deo patre sine matre fuit, propter nos de cælis descendisse, & humanam assumpsisse naturam, qua temporaliter & conceptus sit in Nazareth, & sub Cæsare Augusto in Bethleem natus sine patre ex illibata Virgine, operante scilicet in illa sic Spiritus sancti Mich.5.a Ioan.1.a.10.a Matth.1.c,d Luc.1.c,d.2.a Esai.7.c Hier.31.d

vir

Conc.Ephef. cap. 3. Hieron. in Heluid. *Virtute, ut (quod admirationem omnem excedit) Verbum caro, & Deus homo fieret. atque Maria simul Dei mater & virgo esset.*

Ioan.3.a 1.Pet.2.a 3.d Heb.2.a.7.d Tit.3.b Iob.14.a Ephes.2.a Rom.6.a; 8.b *Hac filij Dei temporalis conceptio & generatio humana salutis ac redemptionis primordia continet, nostraque est forma regenerationis. Qua fit, ut maledicti Adæ filij de immundo semine concepti, & ira filij nati purificemur: tum ut è carnalibus spirituales, ac planè filij Dei efficiamur in Christo, cui Pater æternus conformes fieri*

Rom.8.f *voluit electos,* vt sit ipse, *quemadmodum Paulus ait,* in multis fratribus primogenitus.

XI.

Quid continet articulus quartus, Passus sub Pontio Pilato?

Act.r.10.f Matt.27.f Marc.5.c Es.11.50.c 53 b.c Ioan.1.d Hebr.7.d 1.Pet.1.c.2.d 1.Apoc.1.d 1.Tim.6.c.d 2.Rom.5.b *Ostendit Christum, cùm præclarè docendi & miracula patrandi finem fecisset, suum pro nobis, qui perieramus, redimendis agonem tandem absoluisse. Itaque licet agnus esset absque macula innocentissimus, immò & 1. Deus simul immortalis, tamen ut charitatem erga nos 2. suam maximam declararet, passus est ille volens à sceleftissimis extrema & acerbissi-*

bisima quæque: Vnde nec iudicium impij iudicis Pilati quamuis iniquissimum, neque crucem probrosissimum supplicij genus defugit, mortem pro nobis crudelissimam adiens & sepulturam in alieno etiam monumento delatam non recusans: totum vt se viuens moriens donaret atque impenderet mortalibus.

Ioan.18.a 19.b Ioan.3.b.12. c 19.c.Sap.2 d.Mat.b,27

Quæ Christi passio, sanguis, crux, vulnera & mors, peccatoribus consolationem, sanitatem, virtutem & vitam continue exhibent, si tamen patemus & compatimur capiti, vt ita simul & conglorificemur. 1. Consummatus enim factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.

Rom.8. 2.Cor.1.b 2.Tim.2.b 1.Hebr.5.c

XII.

Quis vsus & fructus in eo est, quod crucē Christi digitis efformamus, & ea frontem consignamus?

HVnc sanè ritum & veterum pietas, & constans Ecclesia consuetudo nobis commendat. Ac primum hinc excitamur ad gratam memoriam summi mysterij atque beneficij, quod nobis in cruce perattum ac amplissimè donatum fuit.

Deinde prouocamur ad veram sanctamque gloriam & totius salutis nostræ.

Tert.de coron.militis. Basil.de Spiritu S.c.27. Aug.de Catech.rud.c. 20.&tract. in Ioan,118. Naz.ora.1. in Iulian. Hier.ad Eu-

an.

sto de cust. Virgin.& ad Fabiol. deut. sie facer. Chryso. in 1. ad Cor. hom. 12.& 55. in Matt. Trip. hist. l.6.c.11.

anchoram, in cruce Domini nostri defigendam.

Est hoc praeterea testimonium, nos cum inimicis crucis Christi Iudais ac Ethnicis nihil habere commune, sed contra hos omnes libere profiteri quem colimus, Dominum Iesum & hunc crucifixum.

Effrem. in serm. de S.Cruce. Orig. homi. 8. in diuers. Euang. Ruffin. lib. 1. Ecclesiast. histor. cap. 29. Niceph. lib. 18, cap. 20. Cyril. catech. 4. & 13. illum.

2. Mat. 16. d. Luc. 9. c. 1. Pet. 3. c. 2. d. 2, Atha. in vita S. Anto. Hier. in vita S. Hilarionis Ignat. in epist. ad Philip. 3. Ambros. serm. 43.

Hoc etiam signaculo, ad patientiae studium incidamur, Vt si aeterna gloriae cupidi sumus (esse vero debemus omnes) crucem quam colimus & vitam 1. Crucis, duce Christo non grauatim amplectamur. Neque minus 2. arma hinc victricia petimus aduersus Sathanam olim crucis virtute prostratum, immo, & contra omnes nostrae salutis aduersarios ita communimur.

4. Euseb. l. 1. de vita Constantini. Niceph. Eccles. hist. li. 8. c. 3. Item li. 7. c. 47. & 49.

Demum vt auspicatius 3. ordiamur, & maiorem in rebus gerendis successum experiamur, hoc crucis illustre trophaeum arripimus, & in hoc signo 4. victuri saepe dicere non dubitamus: In nomine † Patris, & † Filij, & † Spiritus sancti.

XIII.

Zach. 9. c. 2. Pet. 3. d. Eccl. 24. d.

Quid credendum profert quintus articulus descendit ad inferos, & resurrexit?

Chri-

CHristum docet postquam mortuus esset in cruce secundum animam quidem ad inferos vsque penetrasse, tum vt mortis ac Sathanæ deuictorem, tum vt Patrum in limbo sedentium liberatorem sese declararet: secundum corpus autem, quo iacuerat in sepulchro, tertio post die cum Triumphator 1. ex inferis redire vellet, eundem ad vitam sua vi immortalem ac gloriosum primogenitum ex mortuis resurrexisse. Actor 2.de Iren.lib. 5.in fin.A 1.ep. 99.& 57.& lib.20.de ciu. Dei cap 15. Hidr.12.c.4. ad Ephes. Iustin.in dial. cum Triph. 1.Of.æ.13. I Math. 12.c. Act.17.g. Ioan.2. 1.1. Cor.15.a.c.1 1.Thes.4.c.d Apoc.1. b.d Coloss.1.c.

Quo admirabili opere consolatur ac docet, electos de potestate Sathanæ, mortis & inferni liberari, eamq; resurgẽdi gratiam omnibus offert atque commendat vt verò credentes 2. in Christum, de vitijs ad virtutem, à morte peccati ad vitam gratiæ, in fine porrò sæculorum omnium de morte corporis ad vitam immortalem resurgant. Nam 3. qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. 2.Rom.6.a Coloss 3.a.b Philip.3.d Ephes.4.c 1.Pet.1.a.3. 2.Cor.4.d.1 Thess.4.c.d.

XIV.

Quid adfert sextus articulus, [illegible] Ascendit ad cœlos?

ABsoluto humanæ redemptionis opere Dominum Iesum ostendit, postquam rediuiuus ille suis apparuisset, multisque argumentis resurrectionis suæ veritatem con- Psalm: 67.d 46.a 8.a Marc.16.d. Ioan.3.b Actor.1.

Ephes.4.b
2.b.1.c.
Coloss.3.a
Hebr.1.b
1.Pet.2.a
1.I. 2.a.2.a

confirmasset, demum quadragesimo die in cælum ascendisse, Vt secundum naturam humanam super omnia exaltaretur, & Vnus omnium maximè ab omnibus celebraretur. Sedet igitur Dominus Iesus in cælis ad dexteram Virtutis Dei, parem cum Patre potestatem exercens, gubernans omnia, diuinaque maiestate resplendens penitus, quod est nimirum ad Patris sedere dexteram.

Rom.8.c
Hebr.5.c
2.Timo.2 b
Ioan.15.a
1.Ioan.14.c

Hac læta Christi ascensio nostræ Fidei ac Spei certitudo est, Vt quo caput præcessit prostratis semel hostibus, eodem membra etiam, si capiti modo pareant & inhæreant suo, peruentura esse maximo confidamus. 1. Vado, inquit, parare vobis locum.

XV.

Quid credendum exhibet septimus articulus, Inde venturus est iudicare?

Psal.69.a
Esa.3.c 66.d
Soph.1.c.
Matt.4.a.b
Zach.14.a
Ioel.3.a.c
2.Matt.15.a
Luc 21.c
Actor.10.f

PRoponit extremum iudicij diem, quando Christus in humana carne, rursus à summo cælo descendet, ac tremendum aget iudicem totius orbis, & palam Vnicuique reddet secundum opera sua. Iudicabit 2. igitur in sede maiestatis suæ ad

Vnum

vnum omnes probos ac improbos, siue quos judicij dies illa viuos adhuc in carne, vel ante mortuos offendet. 1.Thess.4.c 1.Cor.15.g

Vnde admonemur, eò cautius rectiusq; nobis viuendum esse, quò certius persuasum habemus, 1. nostras actiones, cogitationes, & vita rationes omnes ob oculos cuncta cernentis, & aquissimè judicantis Dei vsq; versari. Etenim aquus & justus est 2. scrutator ille cordium & vindex iniquitatum, ante cuius tribunal manifestari nos omnes oportet, vt vnusquisq; prout gessit suo in corpore siue bonum, siue malum, ab illo recipiat. Qui nec boni quicquam in hac vita gestum 3. suo pramio defraudabit, nec 4. perperam facta vlla impunè sinet abire. 1.Matt.12.c Sap.1.c Eccles.20. Basil.ep.125. 2.Hier.17.b Hebr.4.d Galat.6.b 1.Thes.4.b Eccles.12.d 2.Cor.5.b Rom.14.b 3.Matt.10.d 4.Iob.24.d

XVI.

Quæ summa est articulorum de secunda in Deitate persona?

HÆC summa est, Christum verum Deum & hominem esse, qui mirificum redemptionis humanæ opus sit aggressus atq; perfecerit, vt idem sit nobis via 5. veritas & vita, per quem vnum, cum perijssemus omnes, saluati & liberati, Deoq; Patri reconciliati sumus. 5.Ioan.14.a Rom.5.b Apoc.1.b 1.Tim.2.b

De

1.Tim. 2.d *De cuius quidem redemptionis beneficio ac Vero Vsu ita scriptum est:* 1 Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt ab negantes impietatem & sæcularia desideria sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, exspectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum
2.Ephes.2. operum. *Sic Apostolus Paulus.* 2. *Et alibi:* Ipsius (Dei) sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus; vt in illis ambulemus. *At-*
3.2.Cor.5. *que iterum,* 3. pro omnibus mortuus est Christus, *inquit*, vt qui viuunt, iam non sibi viuant sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Quare cauendus illorum est error ma-
4.1.Tim.2.b *ximè, qui Christum non integrè, sed Velu-*
Rom.3 d *ti in Vtilitatum confitentur, dum solùm 4. Mediatorem illum & Redemptorem cui fidamus, agnoscunt nec simul recipiunt*
5.Esai.33.d *eum & 5. legislatorem, cuius jussis obtem-*
Iacob.4.c
Ioan.13.b.d *peremus, & Virtutum exemplar omnium*
1.Ioan.2.b *quod imitemur, & justum judicem; qui debi-*

debitum cuiusq; operi præmium aut supplicium certò rependat. 2. Tim. 4. b Rom. 2.

XVII.

Quid docet octauus articulus, Credo in Spiritum sanctum? Gen. 1. a Psal. 103. d

Subiungit tertiam in Deitate personam, Spiritum sanctum: qui ex Patre Filioq; procedens, verus, vtrique coæternus, coæqualis, consubstantialis Deus existit, & eadem fide pariq; cultu & honore colendus est. Iob. 24. b Matth. 28. d Ioan. 1. c. 14. b d 16. c 1. Ioa. 5. b Rom. 8. b c 2. Cor. 3. Concil. Constantin. 1 cau. 7. & Florent. August. de fide & symb. cap. 9. Hil. lib. 8. de Trinit.

Hic ille Paracletus & Doctor veritatis, qui corda credentium gratia sua suisq; donis illustrat, purificat, sanctificat, & in omni sanctitate confirmat. Hic est pignus hæreditatis nostræ, qui adiuuat infirmitatem nostram & singulis prout vult, varias donationes suas attribuit impertitq;. 1. Eph. 4. c Rom. 8. c 1. Cor. 12. b 2. Matt. 5. b

XVIII.

Quid addit articulus nonus, Credo Ecclesiam sanctam Catholicam? Esai. 2. a & 60. e Psal. 18. a Aug. tract. 1. in ep. Ioan. & de vni. Eccl. cap. 14. Amb. in 11. e Luc. Chrys. homil. 4. de verbis Esaię.

Ostendit Ecclesiam, id est, cunctorum Christi fidelium & visibilem congregationem, pro qua Dei filius hominis natura suscepta cuncta & fecit & pertulit:

1. Ioan.11.g 10 c.17 b Cant. 6 c 1. Cor. 1. b 11. b. f Ephes. 4. 2. Cypr. de sim. prae Iren. lib. 1. c. 3. Hier. ad Gerontiam de monog. Chrys. hom. 1. in 1. ad Cor. 2. Cypria. de simp. & lib. 1. ep. 3. & lib. 4. ep. 9. Iren. li 3. cap. 3. Hieron. ad Damasum tom. 2. Leo ep. 89. 3. Ephes. 5. c. Cant. 5. b. Aug. in Enchir. 56. Bern. serm. 3. in vigilia nat. Greg. lib. 35. mor. c. 6. Iren. lib. 3. c. 40.

Eamq; docet primum 1. Vnam esse & consentientem in fide, fideiq; doctrina, & administratione Sacramentorum, quaeq; sub Vno capite suo Christo, Vnoq; Vices eius in terris gerente 2. Pontifice Maximo regitur, ac in Vnitate conseruatur.

Deinde hanc sanctam 3. esse praedicat, quia per Spiritum sanctum à Christo Vsq; sanctificatur Vt sancti homines & sanctae leges nunquam in illa desint. Nec Vllus extra huius consortium sanctitatis particeps esse potest.

4. Act. 1. b Marc. 16. d Matth. 28. d Aug. ep. 107. & 166. cont. ep. fund. cap. 4. lib. de vera religione c. 7. Vince. Lyr.

Tertiò esse Catholicam, 4 id est, Vniuersalem, adeò Vt per orbem, longè lateq; diffusa, omnes omnium temporum, locorum ac nationum homines, qui modò in Christi fide ac doctrina conueniunt, Vno quasi materno sinu excipiat, concludat ac saluet. Hieron. contra Lucif. Beda in 6. cap. Cant.

5. Eph. 4. c. d Psal. 118. a Philipp. 1. a 2. Cor. 8. c 1. Ioan. 1 b Rom. 12. b 1. Cor. 12. b

Quartò esse in eadem Ecclesia sanctorum communionem, Vt 5. qui in Ecclesia Veluti domo Dei familiaq; Versantur, societatem quandam inter se & Vnionem seruent indiuiduam, & sicuti Vnius cor- Augustinus tracta. 32. in Ioan.

...oris membra, mutuis officijs, meritis & ...rationibus se inuicem iuuent. Apud hos ...est Vnitas fidei, doctrina consentiens, con...formis vsus Sacramentorum: qui etiam, ... qualescunque demum quorundam erro...es aut dissensiones incidant, solliciti sunt ...eruare Vnitatem Spiritus in vinculo pa...is. In qua quidem communione non mo...dò sancti Ecclesiæ militantis in terra pere...grinantes, verum etiam beati omnes Eccle...siæ cum Christo in cœlis 2. felicissimè tri...umphantis, ac insuper piorum animæ, quæ ...ex hac vita egressæ, nondum 3. tamen il...lam beatorum felicitatem sunt consecutæ, ...simul comprehenduntur.

Extra hanc Sanctorum communionem (sicut extra 4. Noe arcã) certum quidem ...itium, nulla verò salus mortalibus: non ...dæis aut Ethnicis, qui fidem Ecclesiæ ...unquam receperunt: non Hæreticis, qui ...ceptam deseruerunt vel corruperunt: non ...ismaticis, qui pacem & Vnitatem Ec...clesiæ reliquerunt: postremo neque excom...municatis, * qui qualibet alia graui de...causa id meruerunt, vt ab Ecclesia corpo... ceu perniciosa quædam membra, præ...nderentur ac separarentur. Atque isti...modi omnes, quoniam ad Ecclesiam,

1. Eus. Eccl. hist. l. 7. c. 21. Aug. 2. contra Don. c. 6. & epist. 19. item de vera relig. cap 6. Ephes. 4.

2. August. de temp. ser. 181 c. 13. & in Enchir. cap. 56.

3. August. 20 de ciuit. Dei cap. 9.

4. Gen. 7. & 1. Pet. 3. d Ire. l. 4. c. 43. Cy. l. 1. ep. 11. Aug. ep. 50. & 152. de vnit. Eccl. c. 10 Aug. vel Fulgent. de fide ad Petrum c. 38. & 39. Gregor. 14. mor. cap. 2. Num. 17. d Matth. 18. b Cypr. l. 1. ep. 11. Iren. lib. 4 cap. 43.

Au-.l.1.con. a tuerf. leg. & proft.c.17. 1.Co.5.à 2.Ioa.1.c.d 2.Tmff.3.b.3. 1.De simplic. Prælat.2.lib. 4.de Symb. ad catec.c.10 Item Aug. in Psal.88.

eiusq; sanctam communionem non pertinent, diuina gratia & salutis æternæ non possunt esse participes, nisi Ecclesiæ, à qua suo illi vitio sunt semel auulsi primum reconcilientur atq; restituantur. Certa est enim 1. Cypriani & 2. Augustini regula: non habebit Deum Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.

XVIII.

Quid proponit articulus decimus?

Math.1.d Apoc.1.b. L.c.24.g Act.1.ib.g Hebr.9.d 2.Ioa.1.c. 1.Pet.1.c Ephes.1.b. Coloss.1.b Aug. in Enchir cap.64. & 65.

REmissionem peccatorū, *quà sine iustus & saluus esse nullus potest. Hanc autem verè diuitem thesaurum Christus nobis acerba morte, suoq; pretioso sanguine comparauit, totus vt mundus peccatis eamq; pœnis perpetuis liberaretur.*

Cuius quidem thesauri per Christi gratiam participes duntaxat fiunt ij, qui se Fide & Baptismo ad Christi adiungunt Ecclesiam, & in eius vnitate obedientiaque persistunt. Deinde qui de commissis post baptismum peccatis pœnitentiam serio a[...]gunt & iis aduersus peccata pharmac[...] quæ Christus instituit, hoc est Sacrament[...] conuenienter vtuntur.

Chryf. lib.3. de sacer. Cyp. lib.2. epist 2. Luc.10.f

Atq; huc spectat potestas, vt vocant cl[...]uium, quam Christus ad remittenda p[...]

ea

tata ministris Ecclesiæ, & inprimis Apo- Io.20,c.12.c
stolo Petro eiusque successoribus legitimis Math.16.c
et post e summis Ecclesiæ rectoribus com- Bern.l.2.de
mendauit. consi.

XX.

Quid habet vndecimus articulus? Esai.27.d

CArnis resurrectionem, quæ in nouissimo die bonis malisq; continget. Nam corpus hoc, quod fragile, caducum, multis que morbis & perpetuis ærumnis obnoxium, & post mortem quoque vermibus ex- dendum circum ferimus, tum reuiuiscet, cum in extremo illo die mortui omnes Christo vocante iudice simul ad vitam & iudicium excitabuntur, 1. Igitur ante Christi tribunal in carne cuncti apparebũt, et citra exceptionem vnusquisque, prout gessit in corpore suo quod illi reddetur integrum, siue bonum, siue malum recipiat. Procedent autem qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij, & in supplicium 3. æternum.

Ioh.19.d Ezech.37 a 1.Cor.15.g Ioan.11.c Dan.12 a Phili.3.d Hier.ad Pã-ma a tuer. er. Ioan.Hierosol. Aug. in Enchir.c.19. 11.Tract.41. 2.Cor.5.b Aug. in Enchir. cap.88. 2.Ioan.5.c 3.Matt.25.d

Hac vita vir bonus & patiens in ærumnis sese vel maximis consolatur, vt in supre- ma etiam vitæ agone dicat, 4. Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursum 4.Ioh.19.d

circumdabor pelle mea, & in carne m
videbo Deum. *Prudentes illi sanè, q
terrena hac & moribunda membra, in i*
1. Cor. 9. d *stitia ac virtutis seruitutem redigunt, qu
que corpus hoc veluti vas purum, bea
præparant immortalitati.*

1. Cor. 2. c
Ioan. 17. a
Matth. 19. b
d 25. d
Apoc. 2. b c
3. c, 7. d. 21.
b. 22. c
Tit. 1. a, 3. b
1. Ioan. 2. d
1. Pet. 1. a
Rom. 6. d
Aug. de ciuit. Dei lib. 22. c
29. & 30. lib.
4. de Trinit.
c. 2. & 1. 3. de
lib. arbit. cap.
vltimo.

XXI.

Quis est postremus articulus?

D*E vita æterna, quam electis post mor
tem superesse minimè dubitemu
Atq; hic fructus & finis est fidei, spei, pa
tientiæ & exercitationis Christianæ. Cu
ius vitæ consequendæ causa nullum pieta
tis opus arduum, nullus labor grauis, nul
lus dolor acerbus, nullum in agendo pati
endoque tempus diuturnum ac molestum
verè credenti debet existimari. Quod si vi
ta hac, quæ calamitatis alioquin plena es
nihil dulcius ac optabilius ducitur, quan
to illa demum potior habenda est, quæ a
omni malorum sensu & metu procul a
est, quæ cælestibus & ineffabilibus sine
fine gaudiis, deliciis ac voluptatibus omn
ex parte semper abundat.*

Luc. 12. d *De qua vita Christus*, Nolite timer
pusillus grex, *inquit*, quia complacui
Matth. 25. Patri vestro dare vobis Regnum. *Qui &
in extremo iudicij die dicet electis:* Venit
bene

benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. *Impiis vero in hunc modum loquetur*: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. *Id quod non solum ad Ethnicos, Hæreticos, Schismaticos & palam flagitiosos pertinet, verum etiam ad Christianos quos in mortali peccato mors opprimit, est referendum.* Ibidem. d

Adiicitur demum clausula isthæc Amen, *vt fidei & confessionis huius Christianæ testimonium apud nos indubitatum esse ac solidum demonstretur.*

XXII.

Estne satis Christiano ea sola credere quæ complectitur Symbolum?

PRimum & maximè quidem ea, quæ Symbolo traduntur Apostolico, cuius credenda & apertè profitenda sunt. Ea verò explicatiora fiunt ex collatione tum Nicæni Symboli, tum eius quod Athanasio inscribitur.

Secundò Christianus, quæcunque Scriptura diuina seu Canonica complectitur, credat necesse est. Certos verò & legitimos Scripturæ libros non aliunde, quàm 1 ex Ecclesiæ iudicio & auctoritate petere fas est. 2.Pet.1.a 1.Aug. cont. epist. Fundamenti cap. 5. Hier. in sym. ad Damasum.

Tertiò huc illa pertinent, quæ partim ex Symboli articulis, partim ex Scripturis, velut diuinis fontibus, necessario deducuntur.

Quartò demum pro sacro sanctis habenda, firmissima que fide complectenda sunt, quæ Spiritus sanctus credenda nobis reuelat, pronunciatque 1. per Ecclesiam, siue scripto illa, seu viua vocis traditione nobis commendentur. Qua de re postea commodius differetur.

Circa hæc igitur omnia fides orthodoxa versatur, qua sine Sectarij omnes frustra sibi ac alijs gratiam & salutem in Christo pollicentur.

1. Cyr. epist. 10. ad Nest. Conc. Nicen. & Const. Iren. li. 3. c. 4. & lib. 4. cap. 45. & 63. August. cont. ep. fund. c. 14. Hier. contra Lucif. Epp. de simplicit. ata Præl. 21. hist. Tripart. lib. 6. cap. 10. Tertull. de præsc. ert. Vincent. Lyrin. contra Nouatores.

CAPVT II.

DE SPE ET ORATIONE DOMINICA.

I.

Quid est Spes?

1. Cor. 13. d Rom. 5. a Tit. 2. d 2. Pet. 1. a

Virtus est diuinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostræ salutis & æterna vitæ bona exspectantur.

Parum

Parum est alioquin Deo Dei'q; Verbo fidem habere, ac diuina, quæ in Ecclesia prædicantur, dogmata profiteri, nisi Christianus Dei bonitate percepta, spem inde concipiat ac fiduciam consequendæ gratiæ & salutis æternæ. Quæ spes tantopere iustum fulcit in summis ærumnis, vt etiam si mundi præsidijs omnibus destituatur, intrepidè tamen dicat: 1. Etiamsi me occiderit, in ipsum sperabo. *Et:* In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro. Deus meus in te confido, non erubescam. Iacob. 1 Ioan. 14. b. 1. 2. c 1. Ioan. 5. e Marc. 14. a 1. Ioh. 13. b Psal. 55. a Psal. 11.

II.

Qua ratione hanc spem licet consequi?

PRimum huc pertinet ardens & frequens ad Deum precatio. Deinde nutrienda est & excitanda quotidiana meditatione bonitatis ac beneficiorum Dei, illorum præsertim, quæ Christus Dominus pro immensa in nos charitate sua præstitit ac promisit vel immerentibus. Demum conscientiæ puritas coniungenda venit, eaque pijs operibus & inuicta in aduersis patientia semper est comprobanda. 2. Nam quibus bona conscientia testimonium aut electorum vita propositum deest, hi spem quam oportet, non adferunt, sed præsum- 1. Thess. 5. c Luc 11. b Matth. 7. b August. in Psal. 31.

ptionem potius, & vanã omninò fiduciam temere iactant, quantumuis de Christi meritis Deique gratia glorientur.

Psal.36.a 1. Spera, *inquit Propheta*, in Domino & fac bonitatem, *Idemq́ rursus*, Subditus esto Domino, & ora eum 2. *Et alius*,
2.Tim.3.c Bonus est Dominus sperantibus in illum, animæ quærenti illum. *Quam Spem*
Psal.46.b *ab omni timore disiungendã non esse, satis illud ostendit:* Beneplacitum est Domino super timentes eum; & in eis qui sperant super misericordia eius.

III.

Quæ bona sub spem cadunt, & Christiano speranda sunt?

P*Racipuè quidem bona illa Regni cœlestis, quæ homines beant, nec sinunt vlla ex parte miseros esse. Tum illa demũ, quæcunque mortalibus in hac vita conducibilia rectè à Deo desiderantur atque petuntur, in bonis sperandis & exspectandis*
Matth.6.b *debent haberi. Ea verò præcipuè relucent*
Lu.11.a *in Dominica Oratione, vtpote quam Christus Dominus ore sacro prodidit, & admirabili sapientia præscripsit omnibus, qui spem suam ac vota oratione cupiunt Deo explicare.*

Quæ

IV.

Quæ forma est Dominicæ Orationis?

Hæc est Pater noster qui es in cælis.
1. Sanctificetur nomen tuum.
2. Adueniat regnum tuum.
3. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.
4. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
5. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
6. Et ne nos inducas in tentationem.
7. Sed libera nos à malo, Amen.

Orationem Dominicam explicat Tertu. li. de ora. Cypr. ser. 6. de orat. Dom Cyril. Catec. 5. mystagog. Chrys. ho. de orat. domi & in c. 5. Matt. Hieronym. Theop. Euthy. in Matt. Ambr. l. 5. de Sacramentis c. 4. Aug. ep. 121. ad Probam c. 11. Idem lib. 2. de serm. dom. in mon. & hom. 42. ex 50. & seq. serm. de temp. 126. & 135. & 182. Chrys. serm. 61.

V.

Quæ summatim in Dominica Oratione tractantur?

Septem in ea petitiones proponuntur, ad quas referri omnes omnium orationum species & forma possunt ac debent, siue pro expetendis bonis, siue pro delendis peccatis, siue pro auertendis malis quibuslibet diuinam opem imploremus. In prioribus autem tribus petitionibus, quæ propriè ad æterna pertinent, ordine ponuntur: in reliquis quatuor etiam tempo-

Aug. in Enchir. c. 115. & li. 2. de serm. Do. in mont. cap. 17.

raria, quæ & ipsa propter æterna consequenda sunt nobis necessaria.

VI.

Quid sibi vult initium orationis, Pater noster qui es in cœlis?

Exod. 15. e
Esai. 42. b
63. d
Malach. 1. b
1. Cor. 1. a
Philip. 4. d
Apoc. 4. d
Rom. 8. c
Gal. 4. a

PRæfatiuncula est, & nos memores reddit summi beneficij, quo Deus Pater, æterna illa maiestas, in cœlis per beatè regnans, nos recepit in gratiam, & propter Christum filium in suos quoque filios & regni cœlestis hæredes per Spiritum S. adoptauit.

Quæ tantorum beneficiorum memoria non solum attentionem excitat, sed etiam ad redamandum Patrem, illique obtemperandum prouocat filios, neque minus orandi impetrandique illis auget fiduciam.

VII.

Quis est sensus primæ petitionis, Sanctificetur nomen tuum?

Math. 5. b
1. Pe. 2. c
2. Cor. 10. g

IN nobis quemadmodum in omnibus alijs promoueri semper & augeri petimus quicquid ad gloriam summi optimique Patris nostri spectat.

Id verò fit maximè, cùm vera fidei confessio, Spes etiam & Charitas ac simul Christiana vita sancta conuersatio suam in nobis lucem ac vim exerit, vt spectantes alij quoque glorificent Patrem.

Matth. 5. b

Quid

VIII.

Quid continet secunda petitio, Adueniat Regnum tuum? Rom. 14. c

Petimus, vt per gratiam & iustitiam suam regnet in Ecclesia Deus, imò & in mundo vniuerso, eiectis hinc aduersariis potestatibus & cupiditatibus malis omnibus è medio profligatis. Psal. 22. a 67. a 1. Cor. 3. c 4 b Ephes. 1. d Matth. 13. f 1 Cor. 15. c. d

Tum optamus & precamur, vt ex hoc mundo veluti è graui peregrinatione militiaq́; vocati, quamprimùm transferamur ad regnum gloriæ & felicitatis æternæ vt cum Christo & Sanctis eius in sempiternũ regnemus. Coloss. 1. b 1. Pet. 2. b Iob. 7. a 2. Cor. 5. a b

IX.

Quid includit tertia petitio, Fiat voluntas tua?

Rogamus, vt sicut in cœlo Angeli & Beati omnes, nos quoq; in terris, quãuis imbecilles & exigui, exactam Deo præstemus obedientiam, nihil habentes prius, quàm vt diuinæ voluntati tum in prosperis, tum in aduersis libenter nos subiiciamus & nostra quæ ad malum prona est voluntate reiecta, in diuina semper acquiescamus. Psal. 102. d Rom. 1. b Act. 9. a 21. c Deut. 12. a Hebr. 13. d Iacob. 4. d Genes. 2. a

X.

Quid habet quarta petitio, Panem no-

nostrum quotidianum da nobis hodie?

Iacob.1.a Psal.39.f Deut,26.d Gen.28.d 2.Tim.6. Prou.30.a

AB omnis boni auctore ac fonte nos velut pauperes & mendici, ea desideramus, quæ ad hanc vitam corporis quotidie sustentandam sunt satis, victum scilicet & vestitum: præterea quæ ad vitam animæ promouendam faciunt, nimirum verbum Dei, animæ spirituale pabulum, sacrosanctam Eucharistiam 1, panem illum cœlestem, cæteraq; salutifera Ecclesiæ Sacramenta, ac Dei dona, quæ ad benè beateque viuendum pascunt, curant, confirmant hominem interiorem.

1.Hier. in 6. cap. Matth. Tert. de orat. Chry. ser. 6. Ambr. lib. 5. de sacr. ca. 4.

XI.

Quo pacto intelligitur quinta petitio, Dimitte nobis debita nostra?

1.Cor. 10. Leuit. 26.c Num. 5.a c Exod. 32.f g Luc. 7.g

HIC petimus à labe peccati, quo nihil fœdius, nihil animæ pestilentius esse potest, clementer expurgari, & ea ipsa quæ peccando contraximus debita relaxari.

Ne vero frustranea sit precatio, animo in proximum perperam affecto, illud addimus, nos vindictæ cupiditate ac simultate posita, cum proximis in gratiam rediisse & cuiuis ex animo noxam omnem condonasse. Hoc est enim, quod Christus alibi

volu-

Solvit, cum diceret: Dimittite & dimittemini. *Et iterum*: Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Luc. 6.1 Matth.6.b 18.d Eccl.28.a

XII.

Quid continet sexta petitio, Ne nos inducas in tentationem?

Quoniam præsens hæc vita perinde ac militia est super terram, dum varijs tentationibus semper impugnamur, graviterq; cum mundo, carne & Satana confligamur, idcirco piè solliciti diuinam opem imploramus ne huiusmodi aduersariorum impugnantionibus succumbamus atque succumbendo damnemur, sed ut in hac perpetua pugna durantes, Deiq; dextera nitentes, potestati satanæ resistamus fortiter, contemnemus mundum, castigemus carnem, atq; ita demum velut inuicti milites Christi, post victoriam coronemur. Neque enim coronabitur, *Apostolo teste*, nisi qui legitimè certauerit. Iob.7.a Iudith. 8.c Tob.3.d Matt.4.a.b Hebr.1.d 2.Thess.3.a 1.Ioan.2.c Matth.16.d 1.Cor.9.d Iacob.4.b 1.Pet.5.c 2.Tim.2.

XIII.

Quid est in septima & postrema petitione, Libera nos à malo?

Precamur ad extremum, ut huius seculi calamitatibus, quibus exercentur etiam pij, nō sinat nos Deus perdi & euerti 3.Reg.8.d Prou.10.d Eccles.23.a

Hier 2.c / Tob.2.c / B... 127.a — *cum impiis, sed ut benignitate sua nos liberet, quatenus saluti nostræ congruit, atque ab omni malo cum corporis, tum animæ; siue in hac uita, siue in futura propitius tuetur. Nam & ipse ita promisit:* 1 Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. (1. Psal. 59.c)

2.Cor.1.d / Amb... in Psal. 40. — *Demum totam precationem hac una uoce* Amen *claudimus, ut nostram in orando simul & impetrando fiduciam comprobemus, tum propter Christi qui non fallit, promissionem,* 2 Petite, *inquit*, & dabitur vobis; *tum propter Patris erga nos immensam clementiam & propensam in omnes misericordiam, ut hinc Ioannes dixerit,* 3 Quodcunq; petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. (Math. 7.b / Luc.11.b / 3.1.Ioan. 5.c)

XIV.

Quæ est summa orationis dominicæ?

Formulam absolutam continet non solum orandi ac postulandi bona, uerum etiam deprecandi ac fugiendi mala quælibet.

Inter bona uero primum est, illud expetendum, ut Pater cælestis ab omnibus semper & ubiq; glorificetur; deinde uero ut illius regni participes efficiamur: tum ut ea

nobis

nobis adminicula suppetant, quibus ad e-ternum Dei commode peruenitur. Quæ est ex parte quidem animæ nostræ voluntatis diuina conformari, ex parte verò corporis victum habere necessarium.

Quæ autem secundò loco ad finem vsque totius precationis adduntur, affectum exprimunt mala deprecātis, vt Dei gratia & virtute aut penitus illa remoueantur, peccata nimirum bonorum omnium corruptela, & reliquorum terna malorum, aut eadem sic temperentur, ne sua vi saluti consequendæ officere possint. Eiusmodi sunt varia in hoc mundo tentationes, & quælibet tum præsentis, tum futuræ vitæ calamitates. Reliqua de oratione tractanda in eum reseruabuntur locum, qui bonorum operum genera triplicia declarabit.

DE SALVTATIONE ANGELICA.

XV.

Quæ salutatio dici Angelica solet?

Luc. 1. c. Chrys. & Iacob. in Liturgijs. Aug. ser. 2. de annun. Ambr. in cap. Luc. Chrys. serm. 143. Atha. in Eua

E*A, quæ sanctissimæ Virgini Deique Matri his verbis defertur:* Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in

angel.de ant- in mulieribus, & benedictus fructus ven-
ctissima Dei- tris tuis Iesus Sancta Maria Mater Dei o-
para. Bern. ra pro nobis peccatoribus, Amen.
hom.3. super
missus est
Fulgentius in
serm. de laud.
B. Virg.

XVI.

Vnde nobis hic modus Deiparam Virginem salutandi profluxit?

Luc.1.c

PRimum ex Euangelicis verbis & exemplis nata est hæc salutatio, quando nos eam docent afflati diuino spiritu, magnus Gabriel archangelus, & præcursoris Domini mater sancta Elisabetha.

Deinde confirmat nobis hanc salutandi formulam vsus & consensus Ecclesiæ perpetuus, quem sancti Patres & maiores in hunc vsq; diem religiosissimè obseruarunt ac obseruari à nobis voluerunt.

XVII.

Quid prodest huiusmodi salutatione vti?

HIs præclaris verbis admonemur primum summi beneficij, quod per Mariam Deiparam æternus Pater inchoare voluit in Christo, & humano generi redimendo clementer exhibere.

Tum insignis hæc est cõmendatio sacrosancta & admiranda Virginis, quam nobis Deus inuentricem gratiæ ac vitæ genitricem esse decreuit.

Qua-

Quare nihil mirum, si post præ vota, quæ in precatione Dominica Deo commendauimus, hic accepta per Christum gratia memores non modò Christi Matrem, sed etiam Deum Patrem in eadem Virgine Deipara laudemus, & collatantes Angelis, eandem reuerenter & sæpe quidem salutemus.

XVIII.

Quis est huius Salutationis sensus?

P*Rimis quidem verbis iure gratulamur & gratulando prædicamus eam, quæ nobis Euam secundam eamq; felicem præstitit. Etenim quod illa prior mundo intulit Va maledictionis, hæc suo salutifero partu sustulit, ipsamq; maledictionem filiorum Adæ, benedictione perpetua commutauit.* Andreas Hierosol. episc. in salu. Angelic. lib. 3. c. 31. Hier. ad Eustoc. de cust. Virg.

Prodest praterea in ędificationem corporis Chriſti, vt norint hi spirituales & sapientes architecti, circa corpus Christi mysticum, quod singularem in adificando contentionem requirit, continenter sibi esse versandum, vt iam vera fidei fundamenta jaciant ac confirment, iam reliqua fidelibus ad perfectam iustitiam necessaria superstruant. Ephe. 4. c

Ephes.4.d. *Prodest demum*, vt non simus paruu fluctuantes, & circumferamur omn vento doctrinæ in nequitia hominum *Hoc est propter imbecilliores, qui semp in Ecclesia sunt plurimi, necessarium munus antistitum Ecclesiasticorum pr-sertim hæresum ventis ac persecutionum procellis in Ecclesia domum irrumpenti-*
Act.20.b *bus. Tum enim opus est præsente eorum*
Ez.ch.33. *præsidio, qui pro auctoritate velint & pos-sint arcere lupos, oues defendere, ziza-nia extirpare & sana confirmare dogma-ta, ne simplices alioquin fallacium ac per-ditorum hominum verbis, scriptis & e-xemplis à via veritatis regia seducantur, quin potius vt omnes veritatem non modo cognoscentes, sed etiam facientes in illo qui*
Ephes. 12.d *caput est Christus, grandescant atque profi-ciant, vt idem Paulus adiunxit.*

XIII.
Quo pacto insignes hos fructus consequemur?

Rom.12.a
Ephes.4.a
ITa *nimirum, si non altè, sed sobriè sa-piamus, soliciti semper seruare vnita-tem Spiritus in vinculo pacis vt nosmet oues Christi humiles obedientesq; præste-mus.*

Qua

Quare sanè ouium 1. illud est proprium, Lupos fugere nec alienos, sed suos Pastores sequi; illis velut Ordinarijs ouilis domini Præfectis sese submittere; in illis audire spiritum Veritatis. 1.Ioan.10.a Tit.3. Hebr.3.c Matt.10.c

Is est, qui per 2. malos etiam Præpositos dominicum gregem docere, pascere & conseruare dignatur; quiq; per eosdem, tum Dei Patris, tum Ecclesiæ Matris præcepta nobis his verbis commendat: 3. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. *Et rursus idem inculcans, 4.* Conserua, *inquit*, fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. 2.Matt.23.a Philipp.1.q. Ioan.11.g Matth.18.c Deut.17.b c 3.Prou.1.a 4.Prou.6.c.

XIV.

Quæ sunt præcepta Ecclesiæ?

P*Ræcipua quinque numerantur cuique Christiano scitu, & obseruatu certè necessaria.*

1. 5. Statutos Ecclesiæ festos dies celebrato. 5.Con. Lug. apud Iuonem p.4.c.14.

2. 6. Sacrum Missæ officium diebus festis reuerenter audito. Mog. un.can. 63.& 37.

3. 7. Ieiunia certis diebus, temporibus Ignatius ad Phil.6. Can. Ap. cap.47.

D 6

6 21.Item 1. Aure c.28.2. Aure. cap.28.7. Can. Apost. 68. Gangrens.ca. 19. Ignat. ad Phil. Mogun. can. 34. & 35. Saleg. st. can. 2. Ignat. ad Philip. Bern. in Vigil. S. Andreæ. Vide Burchar. lum lib. 13. & Iuonem p.4.

busq; indicta obseruato. Vt *in Quadragesima, quatuor anni tempor bus, & festorum quorundam solennium pridianis diebus, ques Maiores nostri, quod ijsdem temporibus in templis noctu peruigilaretur, Vigilias, appellarunt.*

1. Tir. lib. 2. ad vxorem & in Apologet. 2. Syn. Lateran. can. 21. 3. Ibidem.

4. 2. Peccata tua Sacerdoti proprio annis singulis confitetor.

5. 3. Sacrosanctam Eucharistiam ad minimũ semel in anno, idq; circa festum Paschæ sumito.

XV.

Quẽ fructum adfert horum præceptorum obseruatio?

4. Phil. 4. b 1. Cor. 14. e f

H*Æc & eiusmodi reliqua Ecclesiarum instituta, tum præcepta tot sæculis recepta, magnoq; piorum consensu, & vsu confirmata, pietati atq; rationi valde consentanea, insignes secum adferunt commoditates.*

Sunt enim Fidei, humilitatis & obedientiæ Christianæ salutaria exercitia: 4. honestam disciplinam & concordiam popularem promouent: Religionis pulchra existunt symbola: notas præbent demum & indicia interioris nostræ pietatis, quibus ad ædificationem & 5. bonis collucere, & malis prælucere oporteat.

5. Matt. 5. b Rom. 15. a Phil. 2. a c

euites hac eò nos promouent, Vt Apo-us ille canon, 1. Omnia honestè & ...dum ordinem fiant in vobis, *ad Vn-i obseruetur.* 1. Corinth. 14.

XVI.

Vbi necessaria est nobis Ecclesiæ auctoritas?

Rimùm in eo quidem, Vt scripturas canonicas & Veras ab adulterinis cer-scernamus. Vnde testatur 2. Hierony-s: Nouum & Vetus Testamentum reci-mus in illorum librorum numero, quem ista Ecclesia Catholica tradit auctori-

2. In Sym. ad Damasum. Conc. Laod. c. 59. con. 3.

Et 3. Augustinus: ego Vero, inquit, angelio non crederem, nisi me Catho-a Ecclesia commoueret auctoritas.

3. cont. epist. Manich. c. 5. Vinc. Lirin. contra noua-tores.

Deinde, Vt constet de Vero Scripturæ sensu & apta interpretatione: ne alio-uin sine fine dubitemus ac disceptemus Verborum sententia. Omnes enim Hæ-tici, Vt scripsit idem 5. Augustinus, ex sa-is Scripturis falsas atque fallaces opinio-es suas conantur defendere. Atqui non legendo, sed intelligendo Scripturæ con-stunt, Hieronymo 6. teste.

Tertiò, Vt in grauioribus de fide quæstio-ibus atque controuersijs, quæ possunt inci-lere, iudex adsit, atque legitima illius au-

6. contra Luciferianos, & in c. 1. ad Gal. Deut. 17. b

Act.15.b *ctoritas interponatur. Vt enim verissimum est, quod contra Hæreticos docet Epiphanius, 1. à Diuina scriptura non posse accipi*
2. Hæres 6. *omnia: ita rectissimè Aug. 2. illud affirmat*
2. Li.11. cōfes. *Palam est, quod in re dubia ad fidem & certitudinē valeat auctoritas Ecclesiæ Catholica Non enim deesse potest Ecclesiæ Spi-*
3. Ioan. 14. b d & 16. c *ritus, qui ipsam in omnem ducat veritatem, sicut Christus ipse 3 promisit.*

Rursus pro ratione personarum, locorum & temporum Canones 4. constituuntur, disciplina integra conseruetur, ac iuste
4. Cā. Apost. Matth. 18. c *dicantur. Dedit enim hanc potestatem Deus Ecclesiæ 5. ad ædificationem, & non ad destructionem.*

Præterea, vt quam Christus instituit coërcendi & excommunicandi potestatem qua 6. Paulus etiam est vsus, peruicaces
6 1. Cor. 5. b Parmen. c. 2. *sentiant ipsaque corrigantur & comprimantur. Hinc Augustinus: Eis, inquit, per quos Ecclesia regitur, adest salua pace, potestas disciplinæ aduersus improbos aut nefarios exercenda.*

Igitur in his omnibus, vt cætera omittamus, Ecclesiæ auctoritatem non solum vtilem sed etiam necessariam esse constat, vt sine illa quidem nihil aliud Christiana Respublica, quàm confusio Babylonica

possit

sit existimari: Proinde sicut scriptura opter testimonium Diu. ni spiritus in illa loquentis credimus, adharemus ac tri- simus maximam auctoritatem: sic Eccle e fidem, reuerentiam, obed entiamq; de- mus, quod eo ipso spiritu à Christo capi- , sponsoque suo informata dotata simul confirmata sit vt possit non esse quod citur, 2. columna & firmamentum ve- tatis.

1.2. Pet.1.d
2. Tim. 3.d
Ioan. 14.b.d
& 16.c

Actor.2.h
Ephes.4 a
2.1. Tim.3.d

XVII.

Quis est doctrinæ totius de Ecclesiæ præceptis ac traditionibus v- sus ac fructus?

INgens profectò est ac verus. Atque pri- mus quidē, vt intelligamus, nos solis li- ris seu scripturis diuinis minimè alliga- i. Quid enim (vt Irena. verbis vtamur) neq; Apostoli quidem scripturas reliquis- nt nobis, nonne oportebat ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt iis, qui- us committeb ant Ecclesias? Itaque lucu- nter dixit Basilius, Dogmata in Ecclesia ruantur ac prædicantur, quadam habe- us è doctrina scripto prodita, quadam ursus ex Apostolorum traditione in my- sterio, id est, in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad

Lib. de Spi- ritu sancto cap. 27.

ad pietatem, nec his quisquam contradi[cit] quisquis sane vel tenuiter expertus est, qu[æ] sint iura Ecclesiastica.

Ioan.20.g.& 21.f Aug.ep.108. *Neq; dubium esse potest, quin Christ[us] & Apostoli multa tum egerint, tum docue[rint], quæ etsi scripta quidem non sint, a[d] nos tamen posterosq; maximè pertineant: de quibus generatim Paulus admonet.* 1. De cætero Fratres, *inquit*, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quęcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis & accepistis, & audistis & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit nobiscum.

Proximum est rectè vti Christiana libertate, quam homines ocio luxúque capti, si vnquam alias, nunc maximè dant in occasionem carnis vt Apostolus loquitur, illius prætextu, fœdis voluptatibus inseruiunt, & quicquid ferè libet, etiam circa religionis instituta mutanda, id licere sibi arbitrantur. Galat.5.b 2.Pet.2.d Aug.ep.118. *Atque ab ista profana nouitate ac temeritate nos reuocant, tuentur; deterrent Apostolica Ecclesiastica dogmata simul & instituta: quæ frænum iniiciunt humanæ licentiæ, docentq; conueni-*

nitenter & ex Christiana libertate; ita ni- 1 Pet.1.c
mirum, & nos à iugo peccati & à seruitu- Rom 6.d
& veteris legis per Christum liberi effecti, Gal.3.b.&
ultro libenterque prastemus Christianum 4.d
officium, seruiamus Deo in iustitia & san- Rom.8.a
ctitate, ducem sequamur Spiritum in lege Coloss. 2.c
charitatis, Iustitia serui, obedientia filij,
humilitatis cultores, patientia custodes, pœ-
nitentia & crucis amatores, 1. Vos, *inquit*
Apostolus in libertatem vocati estis Fra-
tres: tantum ne libertatem in occasio-
nem detis carnis, sed per charitatem Spi-
ritus seruite inuicem. *Ad quam Spiritus*
charitatem sanctæ seruitutis obsequio &
alendam, & conseruandam cùm honesta
cuncta prosunt, tum ingens pondus adfe-
runt piè obseruatæ Ecclesiæ Traditiones.
Postremus est & verum inter legitimos &
nothos Ecclesiæ filios seu inter Catholicos &
Hæreticos discrimen inde accipiamus. Illi Basil. de Spi-
enim simpliciter in doctrina Ecclesiæ siue ritu sa. cto
scripto ea nempe biblicis literis tradita sit, cap.27.
siue Patrum Traditione comprobata, ac-
quiescunt. Sequuntur enim verbum Dei. Prou.22.
2. Ne transgrediaris terminos antiquos
quos posuerunt Patres tui.
Hi verò, qui sunt Hæretici, ab hac sim-
plicitate Fidei, & à veneranda matris Ec-
clesia

clesiæ sanctorumque Patrum probatæ sententia discedunt, nimiumq́ sibi vel desertoribus Ecclesiæ fidunt, adeoque ne moniti quidem resipiscunt. Quare Paulus de ijs
1. ad Tit. 3. a *tam seriò finxit, dum ait* Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens, quia subuersus
Ad Pompeium. est, qui huiusmodi est. *Atque vt cum Cypriano concludamus, quisquis ab Ecclesiæ vnitate discesserit, cum Hæreticis necesse est inueniatur.*

XVIII.

Quæ demum est summa omnium superiorum?

Aug. ft. 1. 2. R. tract. c. 63 2. Tim. 2. d
QVæ à principio quidem hucusq́ tractata sunt de summa Christiana doctrina, eò spectant, vt vera Christiani hominis Sapientia constituatur: quæ tribus
2. Heb. 11. a Gal. 5. a Rom. 13. c
illis virtutibus, Fide, Spe & Charitate comprehenditur. Et Fide quidem veritati Dei firmiter assentitur, eiq́ innititur anima. Spe autem propius adhuc apprehendit bonitatem Dei Fide jam cognitam atque conceptam: Charitate demum Deo proximoq́ propter Deum coniungitur & vnitur.

Cæterum de Fide nos docet Symbolum Apostolicum, dum ea proponit, quæ maxime

ut sunt credenda & profitenda Christianis. De his verò quæ speranda & desideranda, precationes instituit Dominica: ad Charitatem porrò spectant, quæ duabus tabulis Decalogus exhibet. Aug.in Enchir.cap.7.

Præclarè igitur Origenes: Puto, inquit, quod prima salutis initia, & fundamenta Fides est: profectus verò & augmenta ædificij Spes, perfectio autem & culmen totius operis Charitas. In ca.4. epist. ad Rom.

Illi ergo beati, qui audiunt & custodiunt verbum Dei, quiq; voluntatem Patris cognoscunt & faciūt, in Fide, Spe & Charitate duce Christo ambulantes atque perseuerantes. Luc.11.c Rom.2 b Lucæ 6.f Matth.7 c.d Matth.10.c & 24.b

Et hactenus pro instituti quidem nostri ratione satis de summis illis virtutibus, quæ cum diuinitus infundantur, ac diuinos mortales faciant, iure quidem Theologicæ nuncupantur, recteq; ad Sapientiam Christianam referuntur.

XIX.

Anne aliud quicquam ad doctrinam Christianam spectat?

ETiam; huc enim planè spectat doctrina de Sacramentis, vt norint Christiani, quibus veluti instrumentis diuinitùs insti-

institutis habeant opus ad Fidem, Spem & præcipuè Charitatem accipiendam, ac exercendam, augendam, conseruandam, ac etiam reparandam.

Aug. lib. 19. contra Faustũ cap. 11. & de vera relig. ca. 17. item ep. 118, cap. 1.

Adde, quòd neque Sapientia, neque iustitia Christiana constitui, ac retineri absque Sacramentis potest, vt sine quibus Religionem vniuersam extingui prorsus necesse sit. Habent igitur ea sublimem in doctrina Christiana locum & necessariam quoque tractationem.

CAPVT IV.

DE SACRAMENTIS.

I.

Cur de Sacramentis docendi sunt Christiani:

Ad Tit. 3. b Ioan. 3. c, 6. f

QVia Sacramentorum cognitio & vsus facit, vt illi accepta ex Iesu Christi meritis gratia, quæ per Sacramẽta ipsa confertur legitimè exerceantur, & conseruentur, atque premoneantur in diuino cultu.

II.

Quid & quotuplex est cultus diuinus?

Aug. li. 10. de ciu. Dei ca. 1

CVltus diuinus dicitur, quem Christianus tanquam præcipuum ac summum

num obsequium debet ac præstat Creatori ac Salvatori suo Deo Opt. Max. Prou.16.a

Neque enim est dubium hominem ea, totissimum causa, ut Deum purè integreque colat, & initio conditum, & postea redemptum, atque ad id omnino destinatum esse. Gen.1.d 1.Cor.5.c 1.Thess. 5.b

Diuinus autem cultus est duplex: interior & exterior. Interior, quo per intellectum & affectum Deo coniungimur, Fide, Spe, & Charitate, ut antea dictum est, perficitur. Exterior est professio quædam cultus interioris, quem externis quibusdam & visibilibus signis ritibusq; declaramus. Deus enim, 1. qui bonorum nostrorum non eget, quippe beatus, per se totusq; perfectus, tamen sicut totum ipse hominem tum corpore, tum animo constare voluit, sic eundem quoq; totum, hoc est secundum omnem sui partem repetit, à quo sincerè studioseq; colatur: anima quidem secundum interiorem, vti docuimus: corpore verò secundum exteriorem cultum cum interiore coniunctum, quod multis sanè modis, sed vel maximè, & saluberrimè per vsum Sacramentorum præstatur. Aug.in Ench. c.3. Matth. 5.b Rom.12. 1 1 Cor.14.b 1.Psal.15.a 1.Tim.5.d Matth.5. Gen.2.b Prou.16.a Luc 10.c Matth.22.d 1.Cor.1 Psal.83.a

Sic enim diuina visum est sapientiæ, mortalium se imbecillitati accommodare,

suamq;

suamq́; 1. virtutem per quasdam externas res & signa quæ sensibus percipiuntur exercere. Animus quippe noster immortalis, in hoc obscuro & caduco corpore velut carcere quodam inclusus, sensuum ministerio plurimum vtitur, neque citra hoc 2. adminiculum ad diuina capessenda solet assurgere. Itaq; tum in veteri, tū in noua lege Sacramenta multaq; ad cultum externum pertinētia instituit Deus ac Dei populus semper obseruauit.

1. Aug. in Ps. 73. & lib. 19. cont. Faust. c. 11. Iren. lib. 3. de doctr. Christ. c. 9. q. 94. super Leuit. 33. in Numeros. Tert. de resur. rect. carnis. Gregor. in 1. Reg. lib. 6. c. 3.
2. Chrysost. hom. 60. ad popul. Antioch.

III.

Quid est Sacramentum?

Est 3. *diuina & inuisibilis gratiæ externum & visibile signum à Christo institutum, vt per id quisque Dei gratiam accipiat, atque sanctificationem.*

Quare non quæuis signa sunt quæ Ecclesiæ Sacramenta dicuntur, sed certa sacrosancta & efficacia signa, Christianis ex Diuina institutione & promissione commendata.

Signa 4. quidem idcirco, quoniam externa quadam specie & similitudine id nobis referunt & declarant, quod per ipsa Deus nobiscum inuisibiliter atq; spiritualiter agit.

Certa 1. verò sacrosancta simul & efficacia

3. Bern. ser. de cœna Dom. Aug. lib. 3. de doctr. Christ. c. 9. Ambros. li. 4. de Sacr. c. 4. Concil. Flor. & Trid. sess. 7.

4. Aug. epist. 23. & de cate rudibus, c. 16

cia signa, quoniam indubiè quam gratiam significant, etiam continent conferuntq; ad nostram sanctificationem. Sacramenta enim quantum in se est, (Vt 2. Cyprianus loquitur) sine propria esse virtute non possunt, nec vllo modo Diuina se absentat Majestas mysterijs quamuis etiam ab indignis 3. administrentur.

1. August. in Psal. 37. & 77. & li. 19. contra Faust. c. 11. 13. & 16
2. Sermon. de laps.

Vt exempli causa, in Sacramento Baptismi exterior ablutio, qua sordes corporis purgat, efficax est symbolum interioris ablutionis, vtpote testimonium praebens indubitatum, quòd spiritualiter anima purificatur. Sic res aliæ visibiles & externæ, vt oleum, panis vinique species, quarum in Sacramentis necessarius est vsus, aptè nobis constituuntur, tum ad significandum, tum ad conferendum homini Diuinā gratiam, animæq; salutem, modò ad hæc non indignè 4. accedatur.

3. Aug. lib. 3. contra Don. cap. 10. li. 5. cap. 19.
Tit. 3. b
Rom. 6. a
1. Cor. 6. c
Tertul. lib. de resurr. carnis

Per Baptismum 5 etenim regeneramur & renouamur: per confirmationem augemur & roboramur: per Eucharistiam nutrimur & reficimur, per pœnitentiam restituimur, & sanamur in vita spirituali; in qua per reliqua itidem Sacramenta, pro sua cuiusq; ratione iuuamur atq; prouehimur, vt suo loco deinde aperiemus.

4. Prosper. sent. 60 ex Aug in Psal. 142.
5. Con. c. Flor.
Ioan. 3. a
Tit 3. [illegible]
Act. 8 & 2. b
Ia. 5. f
Ioan. 2. f

IV. Qui

IV.

Quibus partibus constat vnum quoque Sacramentum?

Concil. For. Aug. tr. 8o. in Ioan.

Verbo & elemento. Per Verbum intellige certa quadam & determinata Verba in quibus ipsa consistit forma, quam vocant Sacramentorum. Per elementum accipe res externas qua vera materia sunt sacramentorum; vt aqua, oleum, panis, vinum & eiusmodi.

Iam his partibus perfectè sumptis adiungnntur reliqua, qua ad cuiusq; Sacramenti tum idoneam collationem; tum dignam susceptionem spectant, videlicet institutio Diuina, minister idoneus, intentio recta in ministro, Fides in suscipiente, & si qua sunt huius generis alia.

V.

Quot sunt Sacramenta?

1. Conc. Flor. Concilia Sess. & Trid. Gal. t. 4. 1. Tim. 3. d 2. Matt. 28. d Act. r 8 c Matth. 27. e Ioan. 20. f 1. Timo. 4. d Ephes. 5. g

Septem, 1. qua à Christo per Apostolos accepta conseruauit, ac fideliter dispensauit huc vsq; Christi sponsa, & columna veritatis Ecclesia, sunt autem hac. 2. Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo & Matrimonium.

Nec refert sane si eiusmodi vocabula in Scri-

ipturis non extent omnia, modò de re-
i constet, ac Sacramentorum veritas &
tus Diuinis testimonijs approbetur.
uanquam ea, 1. quæ vniuersalis Eccle- 1. Aug. lib. 4.
ex Apostolorum traditione retinet, at- contra Don.
conseruanda commendat, etiamsi in c. 24. & li. 2.
iptura diuina non reperiantur, ple- c. 7. l. 5. c. 23.
m apud nos fidem, vt antea docuimus, Item ep. 118.
bere merentur. Ac de singulorum qui- c. 1. Chrys. in
n Sacramentorum institutione postea poster. epist.
loco. ad Thess. homil. 4.

Vis autem eorum, vt fidissimus Scriptu- 2. Li. 19. contra
interpres 2. Augustinus inquit, inenar- tra Faustum
biliter valet plurimum, & ideo contem- cap. 11.
sacrilegos facit. Impiè quippe contem-
ur, sine quo non potest perfici pietas. At-
, vt idem 3. alibi docet, contemptor vi- 3. Super Leuit. q. 84.
lis Sacramenti inuisibiliter sanctifica-
nullo modo potest.

VI.

Quare instituta sunt Sacramenta?

Remum, vt sint præsentissima remedia
contra peccatum, quod lethalis est ani- Sap. 16. b
morbus, ac nisi hoc tempore curetur, Eccles. 21. a
petuam adfert damnationem. Quam-
em hæc longe præstant legis antiquæ Sa-
mentis, virtute vtique maiora, vtili-
meliora, numero pauciora, intellectu

augustiora, obseruatione faciliora, signi-
catione præstantiora, quæ præterquam q
significant, etiam sanctificant, ac salu
1\. Li. 19. cõtra Faust. ca. 13. Et lib. 3. de doct. ina Christiana cap. 9. Item epist. 118. c. 1. *dant: Vt è Scripturis Augustinus 1. opt*
colligit.

Secundò, Vt habeamus certa efficaci
signa Diuinæ erga nos gratiæ & volunt
tis, quæ dum in sensus externos incurru
non se tum excitant fidem in Christu
Rom. 9. a Tit. 3. b Ioan. 6. f & 20. a *Deiq; misericordiam & bonitatem, Veru*
etiam viuifica sunt instrumenta, per qu
visum est Deo salutem nostram efficacit
2\. Aug. li. 4. contra Don. cap. 24. *operari. Vt præclarè dictum sit 2. sanè sin*
per seipsum quoq; Sacramentum multum
valere.

Tertiò, Vt 3. extent velut Symbola &
3\. Item li. 19. contra Faust. cap. 11. & ca. 17. & vera Relig. *externæ notæ Christianæ professionis, qui*
bus Dei & Ecclesiæ filij se mutuo agnoscant
Vtq; in vnione, humilitate & obedienti
se fructuose exerceant & contineant, at
ita vnius religionis necessarijs quasi nex
bus & fœderibus inter se inuicem man
ant colligati. Alioquin sine Sacrament
nec constare, neque discerni satis vlla Re
ligio potest.

VII.

Quid verò sentiendum est de Sacramentorum ministris?

[illegible]A planè sentiendum est de illis, tan- 1.Cor.4.a
uam ministris Christi & dispensatori- Esai 51.c
s mysteriorum Dei, qui portant vasa Num.1.g
mini, tabernaculoq; deseruiunt, qui & 3.Reg.8.c
ris ex professo præsunt, eaque iure quo-
n administrant. Non enim omnibus
lifferenter, sed sacerdotibus & Episcopis Concil.Nic.
umbit, ac diuinitus iniunctum est Sa- c.14.
menta conficere, dispensare vel admi-
strare.

At ne putemus vnquam ex vita & pro- 1.Conf.Cre-
ate ministrorum Sacramenta pendere, scon.lib.4.
ne nobis Regulam præscribit 1. Augu- cap.20.
ius: Non ideo veriora & sanctiora sunt
cramenta quia per meliorem ministrā-
r: illa namque per se ipsa vera & san-
t sunt, propter verum & sanctum Deum 2. Contra li-
ius sunt: Et rursus: 2. Memento Sacra- teras P. tilia.
ntis Dei obesse nihil mores malorum lib.2.ca.47.
minum, quò illa vel omninò non sint vel
nus sancta sint. Suffragatur his Am-
osij 3. illa sententia: Non merita perso- 3.de Myst.
rum consideres, sed officia Sacerdotum: initian.c.5.
ta in administratione Sacramento-
m. Nam & per indignos consueuit Deus
erari, & nihil propter Sacerdotis vitam 4.Hom.8.in
cramenti gratia læditur, Chrysostomo 2.Corinth.
teste.

VIII.

Quid iudicandum de Cæremoniis, præcipuè quarum solennis est vsus in Sacramentis?

1.Ioan.19.a
21 f.20.e
Marc.7.d,8.
Matth. 8.a
14.b

CÆremoniæ ab Ecclesia probatæ, ri 1. quidam sunt externi, religiosè decenter instituti: Primùm, vt signa, testimonia & exercitia sint cultus interni quem Deus inprimis requirit.

2.Ioan.4.c
Mth.15.b
Esai.1.c

Deinde, 2. vt viua extent Religionis incitamenta, quibus fragilitas humana tanquam adminiculis fulciatur, & ad sacra mysteria tum capessenda, tum retinenda velut manuducatur.

3.Leo ep.81.
ad Dioscor.
Innocent.ad
Decentium
Eugubi.ep.1.
Tol.Concil.
4.can.2.
4.1.Cor.14.
Phil.4.a.b

Postremò, vt quæ ad cultum Diuinum promouendum, & ad disciplinam 3. concordiamq́; conseruandam publicam pertinent, honestè ac decenti quodam 4. ordine sicuti Apostolus iubet, in Ecclesia peragantur.

5.Hier.6.d
Prou.22.d
6.Basilius de
Spiritu san-
cto cap.27.
7.Tertul.de
corona milit.

Ea verò ceremonia, quarum est vsus in Sacramentorum administratione, quæque velut per manus traditas & commendatas nobis 5. à Patribus 6. accepimus, ingenti præcipuè studio retineri & obseruari debent. Nam præterquam quod decorem illa Sacramentis afferunt, & reuerentiam quandam conciliant, singulari 7. quo-

an

tiquitatis commendatione nobis sunt neranda. Dion. de Eccles. hierarch. per totum.

Tum præter institutionem vetustissimā Apostolicam, habent fæcūditatem myriorum grauitate atque dignitate plem, ut sanctissimi, doctissimiq; 1. Patres notarunt. De his demum aliiq; id ge ,præclarè ita 2. Damascenus: Quæ ristiana religio erroris nescia, suscipit, in tot secula seruat inconcussa, minimè ina sunt, sed utilia Deo placita, salutiq; stra conducibilia, plurimùm. 1. Ambros. de initian. myst. August. & alij passim. vide Isidor. de off. Eccles. 2. in serm. de defunct.

Rident interim Sectarij ceremonias, quæ cramentis adhibentur: sed ipsi magis irndi, aut potius deplorandi, quod cæco iucio & hostili odio (pessimis consultoribus) ti, aduersus veritatem clarissimam belm gerant. Certè de Baptismi cæremoniis l antiquissimi Theologi nobis testantur, Dionysius, 4. Clemens, 5. Tertullianus, Origenes, 7. Cyprianus, 8. Basilius, Chrysostomus, 10. Cyrillus. 3. Dion. c. 2. Eccles. hier. 4. Clē. 3. ep. 5. Tert. de corona milit. 6. Orig. ho. 12. in Num. 7. Cypr. lib. 1. epistol. 12. 8. Bas. de Spiritu S. c. 27

Nugentur licet ac blasphement impij: igno quidem Patres illi consensu comndant abrenunciationem, exorcismos, uam benedictam, sacrum Chrisma, crusignaculum. Ante annos bis sexcen. ferè scripsit Basilius 11. in hunc modum 9. Chrys. ho. de Adam & Eua. 10. Cyr. Hieros. catech. 2. 3. & 4. myst. 11. Bas. ibid.

Vide Raba. de institu. Clem. lib. 1. c. 27. & Isid. lib. 1. de off. ec. Eccles. c. 20.

Consecramus aquam Baptismatis, & oleum Vnctionis, & praeterea eum, qui Baptismum accipit.

Verùm de Caeremoniis, quae Sacramentis omnibus adiunguntur, sigillatim agere, & longum est, ita difficile, & huius quidem instituti haud necessarium. Quod & apertè fatetur Origenes, 1. in Ecclesiasticis huiusmodi obseruationibus esse nonnulla, quae omnibus quidem facere necesse sit: rationem autem eorum, cur ita fiant, nondum satis esse compertam.

1. Hom. 5. in Num.

DE BAPTISMI SACRAMENTO.

I.

Quid est Baptismus, & an cunctis necessarius?

Mat. 3. f
Marc. 16. d
Ioan. 3. a
Tit. 3. b
Matth. 28. d
Ephes. 5. f

EST hoc nouae legis primum & maximè necessarium Sacramentum in ablutione corporis exteriore, & legitima verborum enunciatione iuxta Christi institutionem consistens.

3. Conc. Lat. can. 1. & Mileuit. cap. 2. Dion. de Eccles. hier. c. 7. 4. Ephes. 2. a

Necessarium, inquam, Sacramentum non solum 3. adultis, sed etiam paruulis, simul eis efficax ad salutem aeternam consequendam. Nascuntur omnes ira 4. filii: opus igitur habent, etiam paruuli emundati

atione peccati, nec possunt absq; 5. hoc Sacramento mundari, & in filios Dei regenerari, Nam & generatim Legislator edixit 1. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest ingredi in regnum Dei. *Alibi 2. verò* Non est voluntas ante Patrem, qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis. *Perirent 3. autem non baptizati etiam paruuli, sicut olim in synagoga Hebraorũ pueri 4. incircumcisi. Iam cùm sit vnum 5. Baptisma Christi fidelium, hoc semel acceptum nefarium est prorsus iterare, quidquid demũ prætexant iam olim 7. damnati Anabaptistæ. Cum Synodo Nicæna dicendum est, Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum, Et cum Augustino. 8. Rebaptizare hæreticum hominem omninò peccatum est: rebaptizare autem Catholicum, immanissimum scelus est: quod etiam Cæsareis etiam legibus 9 prohibetur.*

5. Aug. in ep. 28. Et l. 3. de anima & eius origine c. 9.
1. Ioan. 3. b
2. Matt. 18. b
3. August. de nupti. & co. cupisc. l. 1. c. 20. & ep. 28.
4. Gen. 17. b
5. Ephes. 4. a
6. Hebr. 6. a
7. in Concil. Ca...t. 1. ca... 1. & Vienn.
8. Epist. 203.
9. C. lib. 1. Ne sa. cũm bap. iteret.

II.

Quæ circa hoc Sacramentum præcipuè sunt notanda?

Elementum abluens, eiusq; significatio, Verbum & effectus Baptismi.

Ioan. 3. b
Ephes. 5. f

Elementum est aqua simplex, materia ad hoc necessaria, qua natura sua sordes

Tit.3.b
1.Cor.6.c

corporis abluere solet. Cui hac pulchrè respondet significatio, Baptismo animam mundari peccatis, & hominem, vt dicemus, iustum effici.

Conc.Lat.& Flor.
Matth. 28.d

Verbum, quo Sacramenti forma constat, ex Christi præcepto sic habet: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

1.Aug. cōtra Parm.li. 2.c. 13.&de vnic. Bapt.c.9.cōtra Don.li.3.c.15. Hila. in Ps.67. Conc. Later.cap 1.

Et quanquam sit Sacerdotum munus baptismum administrare, tamen vbi necessitas vehementer vrget, baptizare possunt alij, quoq;, ne impijs quidem & hæreticis exceptis, modò à forma Ecclesiæ & eius verbis conceptis non recedatur.

III.

2.Mar.16.d
Actor.2.f
1.Pet.3.d
Ezech.35.e
1.Cor.6.e
Rom. 6. b
Gal.6.b
Bas. in exor. ad Bap. & li. de Spiritu sancto c. 15.
Aug.li.1.cōtra duas epist. Pelag.ca. 13. & li.3.cap.3.
Beda in c. 2. Ioan. Damas.li.4.c.1.

Quem fructum & effectum præstat Baptismus?

EVm planè, quem docente Christo, & contestibus Apostolis Petro & Paulo dicimus, nimirum per Baptismum & peccata remitti, & Spiritum dari, quo & vetus homo aboleatur, & noua fiat in Christo creatura. Quippe susceptus ritè Baptismus non hoc modo largitur, vt in eo planè peccata omnia condonentur atque tollantur, sed etiam vt baptizatus planè innouetur, ac verè innocens, iustus, sanctus & cœlesti gloria dignus in Christo efficiatur.

Vt

Praeterea à Paulo dictum sit omnibus baptizatis: Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. *Atque alibi testatur 1. idem, Baptismum esse Lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti: Lauacrum 2. etiam aqua in verbo vitae. Et rursus ille scribit*: 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. 1. Cor. 6. c 1. Tit. 3. b 2. Ephes. 5. 3. Gal. 3, 1 Rom 6. a

Sancte 4. Bernardus, ac breuiter Sacramenti huius effectus praecipuos complectitur; Lauamur in Baptismo, inquit, quia deletur Chirographum damnationis nostra, & gratia haec nobis confertur, ne iam nobis concupiscentia noceat, si tamē à consensu abstineamus. 4. Ser. in coena Dom. v. de Cyp. de Bapt. l. ē. li. 3. c. 19. Orig. in c. 5. epist. ad Rom. 5. Iacob. 1. b Rō. 6. b. 7. b Iustin. contra Tryp. & Apol. 2, Cypri. de Baptismo Christi Aug. lib. 1. de nup. & co. c. c. 25. & li. 1. contra duas epist. Pelag. cap. 13. Chrys. in act. hom. 1. & hō 87. in Matt.

Quae 5. concupiscentia in renatis manens, non per se peccatum est, sed ut Theologi appellant, fomes peccati, ad agonem relictus, ut baptizati hac occasione vigilantius Dei gratiam quaerant, virtutē studiosius exerceant, fortiusque certando maiorem sibi gloriam parent. Itaque, ut Paulus docet 6. Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulant, *quiq; secundum Pauli doctrinam &* 6. Rom. 8. a Ephes 4. e Coloss. 3. b 2. Cor. 4. d

exemplum, veterem hominem exuentes, &
die in diem secundum interiorem homi-
Rom. 6.a *nem renouantur: id quod proprium est ba-*
ptizatorum.

IV.

Quid à nobis requirit acceptum tan-
ti Sacramenti bene-
ficium?

PRimùm à nobis summam postulat &
Tit. 3.b *assiduam animi gratitudinem, vt præ-*
dicemus, amemus & celebremus eum, qui
secundum suam misericordiam saluos
nos fecit per lauacrum hoc regeneratio-
nis & renouationis Spiritus sancti, quem
effudit in nos abundè per Iesum Chri-
stum Dominum nostrum: vt iustificati
gratia ipsius hæredes simus secundum
spem vitæ æternæ.

Deinde sic huius Sacramenti mysteri-
1 Orig. hom. 12. in Num. *um 1. rememorandum est, vt identidem*
seipsum quisque admoneat præclaræ illius
suæ sponsionis & Christianæ professionis,
2. August. de nupt. & concup. l. 1. c. 20. *quam in sacro lauacro per 2. sponsorem e-*
didit. Cogitet igitur Christianus ille se ex
3 Rom. 8. a *ira filio & Sathanæ seruo, 3. Dei filium,*
Gal. 4. a. d *Christique membrum, & cohæredem, diui-*
numque templum Spiritus sancti factum
esse.

In-

*Ingressus es regenerationis sacrarium, quis es: Ambrosius. Repete quid interrogatus sis, recognosce quid responderis. Renunciasti Diabolo & operibus eius, mundo & luxuria eius ac voluptatibus. Memor esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tua series cautionis. Et praeclara Paulus Baptizatos omnes adhortantis vox est: An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus? consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quemodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus.

4. Ambr. de initiandis myst. c. 2.
1. Homil. 1. de Sacram. c. 2.
2. Rom. 6. a Gal. 3. d

DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

I.

Quod est alterum à Baptismo Sacramentum?

CONfirmatio, quae Sacramentum est nouae legis aquè sacrosanctum, vt Augustinus 3. inquit, ac ipse Baptismus, quod baptizatis confertur cum impositione manuum Episcopalium, & sacri Chrismatis vnctione.

3. Li. 2. contra literas Petil. cap. 104. Conc. I. Bl. 5. c. 38. Aur. c. 3. Lao. c. 48. Meld. cap. 6. Flor. Const. sess. 15. Trid. sess. 7. Brin. in vita Malachiae Episc. Petrus Dam. serm. 1. de dedicat Eccles. Isid. l. de Eccles. offi. l. 2. c. 26. Raban. de inst. cler. lib. 1 c. p. 30.

II.

Vnde nobis comprobatur hoc Sacramentum?

1. Cypr. li. 1. epist. 12. Aug. li. 5. cōtra Don. cap. 19 & tract. 6 in epist. Ioan 2. Act. 8. cap. & 19. a

TEstimonium habet à Diuina scriptura secundum Patrum 1, & Ecclesiæ concordem sententiam atq; interpretationem. Huc enim spectat, quod Lucas 2. Euangelista semel atq; iterum scribit de Apostolis, qui super baptizatos manus imposuerunt; hoc signo vtentes visibili diuinitusq; instituto, per quod Christo jam initiatis noua & amplior Spiritus sanctigratia conferrêtur. Quare cum Apostoli manus illis imposuissent, acceperunt, vt Lucas

Ibidem.

de ijsdem baptizatis refert, Spiritum sanctum; cum accessione scilicet ac exuberantia quadam gratiæ spiritualis.

3. Hier. contra Lucif. 4. Ser. de vnctione Chrismatis.

Nunc verò vbi Apostolorum vicem Episcopi gerunt & locum tenent, non frandat Deus Ecclesiam suam hac tam salutari gratiâ, sed per eosdem Episcopos 3. in hoc Sacramento efficaciter operatur, vt adsit Cypriano 4. teste, & veritas signo & spiritus Sacramento.

5. Vrb. Pō. & Mart. qui anno 227. vixit in epist. ad oēs Episc.

Atque huc pertinet veteris Ecclesiæ Canon: 5. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, vt pleni Chri-

Christiani inueniantur, quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur.

III.

Quæ necessaria sunt ad conficiendum hoc Sacramentum?

Tria præcipuè ad hoc requiruntur: Sacramenti propria materia, certa verborum forma, & minister idoneus.

Materia ex oleo & 1. balsamo mixta est quæ ab Episcopo consecrata, sacri 2. Chrismatis nomen jam olim obtinuit, & in hoc Sacramento fienti solenni ritu illinitur.

Forma verborum hæc præscripta est, 3. Consigno te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Minister Sacramenti huius solus est Episcopus, 4. ut Apostolorum exemplum, forma & traditio retineatur. Qua de re jam olim ita sancitum accepimus: 5. Manus impositionis Sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis 6. Apostolis legitur & scitur esse peractum.

1. 2. Concil. Bracar. c. 4. Greg. in 1. c. Cant. Fabian. & Flor. Côc. 2. Cyp. de vnctione Chrismatis, & l. 1. ep. 12. Bas. de Spir. S. c. 27. Fab. qui vixit anno 241. ep. 2. 3. Con. Flor. 4. Actor. 8. Clemēs epist. 4. Vrbanus Melchi. Damasus epi. 4. Leo epist. 88 Côc. V Vormat. Flor. & Trident. 5. Euf. Pont. & mart. qui vixit anno 308. epist. 3. 6. Actor. 8. & 19.

IV.

Cur autem baptizati sacro Chrismate inunguntur?

Basil. d. Spiritu sancto cap 27. r. B. .. 4. z. de Eccles. hier. cap. 4.

Quia per Spiritum sanctum sic nobis Apostoli tradiderunt, sicut 1. Clemens & 2. Dionysius, Petri Paulique Apostolorum discipuli probant. Tradiderant autem illi quod à Domino ipso vtique acceperant, de Chrismate conficiendo; vt grauis est testis 3. Fabianus idem & Christi Martyr, & Pontifex Ecclesiæ.

3. In ep. 2. ad orient. Episc.

Sacrosancta etiam 4. Synodi præceptum de hoc tale extat: Oportet baptizatos post Baptismum sacratissimum Chrisma percipere, & cœlestis regni participes fieri. Rationem Cyprianus 5. reddit hanc, vt accepto Chrismate, id est, vnctione, Christianus esse vnctus Dei, & habere in se Christi gratiam possit, teneatque sanctitatem.

4. Syn. Laod. ca. 48.

5. Li. 1 epist. 12. Et de vnctio Chrismatis.

Atque vnguentum hoc visibile, quo Ecclesia baptizatos vngit, vt 6. Augustinus docet, significat inuisibilis gratiæ donum, quo Spiritus sanctus Christum in primis, qui & a 7. Chrismate nomē suum trahit, ac deinde Christianos omnes interna vnctione imbuit atque confirmat. Vnde pulchrè 8. Tertullianus, velut ad oleo naturam alludens, ita de hoc Sacramento scripsit.

6 Lib. 15. de Trin. c. 25.

7. In se. tenui Prosp. 342. ex tract. 33. in I. an. 8 lib. de carnis resurrect.

t; Caro vngitur vt anima consecretur, caro signatur vt & anima muniatur. Ca... manuum impositione adumbratur, vt anima Spiritu illuminetur.

Vnde qui sacrum Chrisma reijciunt, ... agnum illi imperitia suæ argumentum habent, vt qui apertè antiquissimam & ...ustissimam Apostolorum institutionem ...egent, ac perpetuum Ecclesiæ vsum ac traditionem temerè damnent.

V.

Quis Sacramenti huius est vsus & fructus?

V Baptismo 1. regeneramur ad vitam: ...ost Baptismum autem in hoc Sacramento confirmamur ad pugnam. In Baptismo abluimur, hoc verò post Baptismum ...boramur, vt regeneratis custos & consolator & tutor adsit Spiritus sanctus. Hæc ...mmi & Pontificis & Martyris Melchiadis est doctrina. Nec dissentit ab eo, quod ...lemens 2. testatur, se ab Apostolis ipsis ...cepisse: ...um regeneratus, inquiens, quis ...e ... per aquam, postmodum septiformis ...piritus gratia ab Episcopo confirmetur, ...ata aliter perfectus Christianus esse ne...quam poterit.

Ioan. 3. b

1. Melchiades an Hispaniæ Episcop. vixit anno 307.

2. Epist. 4. ad Iulium & Iulianum, vixit Apostolorum tempore.

Dion. de Eccles. hierarch. cap. 4. & 1.

Prodest igitur hoc Sacramentum mi...

nisite

Dion. de Ecclef. hierarch. c. 4. & 1. 1, 1, Pet. 2. a — *rifis è & qui fidei mysteriis initiati sunt, sicut geniti 1. modo infantes & adhuc imbecilles, in Christo adolescant atque corroborentur.*

Psal. 50. c — *Hos ceu Christianæ militiæ tyrones Episcopus admonet inunctione, & adversus tot hostes & quotidiana pericula Spiritu principali confirmentur. Consignat illos* 2. August. in Psal. 141. Luc. 9. c Matt. 10. d 1. Pet. 2. d Matth. 5. g — *Cruce 2. frontem, quæ pudoris est sedes, ut constanter & intrepidè nomen Domini confiteantur: impingit & alapam, ut Christianam militiam inuicta patientia exercendam & ornandam esse sibi perpetua memoria retineant.*

DE EVCHARISTIÆ SACRAMENTO.

I.

Quid significat nomen Eucharistiæ?

3. Dion. Ecc. hierarch. c. 3. Conc. Trid. sess. 13. c. 3 — *SVmmum illud 3. & longè sacratissimum Sacramentum, quo nihil habet Ecclesia dignius, admirabilius, efficacius, salubriusue, hoc vno nomine designatur.*

4. Orig. contra Cels. li. 8. 5. Chrys. hō. 60. ad pop. & 83. in Matth. — *Et rectè quidem Eucharistia, tanquam bona 4. gratia, seu gratiarum actio dicta est, quia præcipuum & maximum 5 Dei donum, ipsumque omnis gratiæ fontem & aucto-*

lorem continet; summorumq; nos bo-
um admonet, pro quibus acceptis gra-
um actionem, laudem & gloriam sum-
m Deo summo debemus. Maius enim
eficium optare non potuissemus quam
d Christus Iesus Dominus noster de a-
gine natus, cruci affixus & in gloriam
mptus, se nobis totum ita largiatur, vt
m nunc corpus eius sanguinemq; verè
amus, illiq; per hoc Diuinum Sacra-
ntum prorsus 1. incorporemur. 1. Cyr. li. 10. in Ioan. c. 13. Et Hilar. de Trinit. lib. 8. Cyr. Hieros. cate. 4. myst.

II.

Quæ in hoc Sacramento præcipuè continentur?

RIa continet Eucharistia, species visi-
biles, veritatem 2. corporis & sangui-
Dominici, & spiritualis gratiæ virtu- 2. Matt. 26. a Luc 22. b Marc. 14. c
.

Quod enim oculis nostris apparet, 3. spe- 3. Ambr. lib. 4. de Sacra. ment. c. 4. & lib. 6. c. 1.
sunt visibiles, panis videlicet ac vini.
cd autem sub speciebus iisdem Fides
ra, 4. non sensus aut ratio comprehen- 4. Mat. 36. c
id verum corpus 5. & sanguis est Chri-
Saluatoris.

Cæterum quod participatione Sacramē- 5. Aug. tract. in Ioan. 26.
tiam consequimur, 5. eximia quadam
spiritus sancti gratia, fructus nimirum
effectus, vt ostendemus, salutaris Eucha-
a.

Quæ

thendisset, cumque de huius Sacramenti institutione, tum veritate certos omnis reddere vellet, dixit inquam planissi- 1. Matt 25.8
è: 1 Hoc est corpus meum, quod pro Iust Apol. 2.
obis datur Dixit, Hic est sanguis meus, 2. Iren. lib. 4.
ui pro multis effundetur. De qua insti- c. 32. & 34.
utione dixit & antea, 2. Caro mea verè 2. Ioan. 6. f
st cibus, & sanguis meus verè est po- Vide Hil. 8.
us: Dixit: Ego sum panis viuus qui de de Trin.
cælo descendi: Si quis manducauerit
x hoc pane, viuet in æternum. Et panis
uem ego dabo caro mea est pro mundi
ita.

Nec obscura sunt alia tum Euangelistarum 3. tum Apostoli Pauli testimonia, 3. Matc. 14. 6
quæ nobis hanc fidem euidenter adstruunt. Luc 22. b
ne quis dubitare possit Christum in Eucha- 1. Cor. 10. d
ristia totum secundum Diuinam huma- 11. e
namque naturam existere, & nobiscum
manere vsque ad 4. sæculi consummatio- 4. Mat. 28. d
nem. 5. Aug. it. in

Igitur eandem planè Christi carnem in Ps. 1. 31. Propter. dep o
templis habemus & sumimus, qua olim miss & p æ-
in Palæstina coram 5. cernebatur. sed ea d. c p. 2. c 25.
nec sensibus hic patet, nec transmutationi C ryf. to. 2.
nec corruptioni est obnoxia: vtpote immorta- i. p. ft. a Tio
lis, impassibilis, immortalis, summa moth.
& diuina resplendens gloria quam solis fi- Presbyt. Achaiæ in hist. S. Andr. æ.
des

dei oculis licet hoc tempore intueri: Beati autem in cælis clarè perspiciunt incredibili cum voluptate.

1.2. Syn. Nicæn. actio 6. tom. 3. Turo. sub Victore, II. Rem. sub Nico. II. Rom. an. sub Gregor. IX. Cōst. inn. sess. 8. in art. 3. Ioan. V Vicleff. Trid. sess. 13. can. 1.

Et sunt adhuc Sacramentarij (ô horrendam, sæpeque 1, damnatam impietatem!) qui adorandum hoc magis, quam inuestigandum mysterium dum sensu suo assequi non possunt, etiam negare audent, Euangelij verba quamuis luculenta mirè deprauantes. Quod nihil est aliud sanè, quàm velut è mundo solem tollere, summoque sponsi thesauro sponsam Ecclesiam spoliare, & panem vitæ fidelibus eripere: ne sit demum, vnde exules illi in hoc mundi deserto pascantur, atque sustententur.

V.

Quid verò de Transsubstantiatione?

2. Conc. Lat. cap. 1. Chrys. li. 3. de sacerd. 3. Ioss. apo. 2. Chrysost. de prodit. Iudæ. vide Bessarionē hac de re. 4. Eus. Emis. homil. 5. de pasch. Cypr. serm. de cœna Domini.

HIC duo in primis animaduertenda, eaq; apertè profitenda sunt: alterum, sacerdotem 2. qui conficiat Eucharistiam legitimè ordinatum esse oportere; alterum, tantam inesse vim in 3. verbis illis arcanis & consecratoriis, quibus idem sacerdos Christi vice panem & vinum in altari consecrat, vt panis quidem in corpus, vinum autem in sanguinem Domini subito 4. transmutetur.

Veri

Verè stupenda, solaque fide metienda transmutatio, quæ omnipotente Christi virtute per ea ipsa verba operante fit: nec immeritò Transsubstantiatio tùm à 1. Synodis, tum à Patribus appellata est, quòd panis vinique substantia in corpus sanguinemque Christi certò conuertatur.

Si enim valuit tantum sermo Eliæ, vt ignem de cælo deuocaret, non valebit Christi sermo (sic enim colligit 2. Ambrosius) vt species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Atqui Christi sermone nihil apertius, dum ait: 3. Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus, *vt nullus omnino relictus sit locus suspicandi post consecrationem panem & vinum in Eucharistia manere.*

Cyr. Hierosl. cate 4. myst. Cyrill. Alex. ad Calosyr. Ambr. li. 5. de Sacr. c. 4. Chrysost. in Matt. ho. 83. & de Encenijs. Damasc. lib. 4. c. 14. 1. Con. Rom. sub Greg. 7. Later. can. 1. Const. sess. 8. Trid. sess. 12. 2. Ambro. de iis qui myst. init. c. 9. & 5. Et lib. 4. de Sacram. c. 4. 3. Matt. 26. c Mar. 14. c. & ibi. Theoph. a cap in 6. ca. Ioan. vide etiam Gregor. Nyss. in orat. de transmutatione pan. in corpus Christi.

VI.

Estne venerandum nobis, adorandumque hoc Sacramentum?

EST 4. *maximè, sic postulante à nobis officio Religionis, vt quem adesse in Eucha-*

4. Aug. in Ps. 98. & Ambr. li. 3. de Spi. S. c. 12. Mat. 4. b. Apoc. 14. c

Eucharistia credimus, cultu quoque debito prosequamur creatura creatorem seruí Dominum atque Redemptorem Opt. Max.

1. Psal. 94. b 96. c *De quo Scriptura 1, ipsa pronunciat:* Adorent eum omnes Angeli eius. *Et rursus*
2. Psal. 71. b 2. Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei. *Tum alibi diuinus Propheta, cum hoc Sacramentum, eiusq; magnitudinem contemplatur, non*
3. Psal. 21. f ibidem Aug. expos. p ima. *sat habet dicere, 3.* Edent pauperes & saturabuntur & laudabunt Dominum. *Sed hoc etiam addit:* Adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. *Item,* Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ.

4. Mat. 2. b Ioan. 9. g Matth. 14. d 9. c & 28. d Luc. vlt. g *Laudantur sane 4. Magi similesque nonnulli apud Euangelistas, quod Christo adhuc in carne mortali honores diuinos exhibuerint, coram eo procidentes, eumq; adorantes. Atqui nobis idem nunc*
5. Rom. 6. b Psal. 94. a *est Christus in Eucharistia: non 5 mortalis, sed immortalis, omni gloria & virtute prorsus admirabilis. Quam nos fidem*
6. Chrys. ho. 24. in 1. Cor. & 61. ad popul. Item lib. 6. de Sacerd. *religioso 6 corporis animique cultu iure testamur, dum Christiana humilitatis & debita gratitudinis officium coram*

emenda illa, semperque reuerenda Dei Majestate venerabundi ac supplices exhibeamus. Naz. in Gorgoniam. Gregor. in 4. dialog. c. 58.

VII.

Quid porrò de Altaris Sacrificio credendum est?

Dprocul dubio, institutam esse Eucharistiam non in eum vsum tantùm, vt à Christianis velut alimentum salutare sumatur: vnde cibus, potus, viuus ac vita panis dicitur: sed etiam vt tanquam summum & proprium noui Testamenti sacrificium 1. offeratur: vt hinc jam olim nomen acceperit hostia, sacrificij, victimæ, oblationis, holocausti. 1. Dion. Eccles. hier. c. 3. & ep. st. 8. Ign. ad Smyr. Iustin. in dial. cum Triph. & Apol.

Offertur autem in jugem passionis Dominicæ memoriam & gratiarum actionem, atque vt credentibus prosit ad 2. huius & futuræ vitæ mala depellenda bonaque impetranda: neque solùm viuis, sed etiam defunctis prosit in remissionem peccatorum, sicut è scriptura Diuina & traditione 3. Apostolica grauissimi Patres asseverant. 2. Aug. epist. 23 & 20. cõt. Fau. 1. cap. 21. 2. Iacobus Bas. & Chry. in Liturgijs. Aug. 22. de ciui. cap. 8. Chrys. 77. Ioan. & 28. in Act. Ap. st. Greg. 4. d al. epist. 3. lx. n.

Hoc est eximium illud & incomparabile sacrificium, quod Christus in extrema cœna

p. 57. Beda 4. Angl. hist. cap. 22. 3. Clemens 4. cap. 32. Chrys. hom. 3. ad Philip.

1.Iren.li.4.c.32.Buf.li.1.c.10.demõst.euang.Cypr.lib.2.epist.3.August.10.de ciu.Dei c.20.
2.Luc.22.
3 Gen.4.& 14.d 8x.12.
4.Aug.l.10.de ciuit.c.20.&l.6.contra Faust.cap 5.
5.Hippol.de cõsum.mun.Cyry.49.o-per.s imperf.
6.Dan.12.d
7.Psa.109.b
Hebr.7.a
Gen.14.d
S.Cypr.li 2.ep.3.Buf.5.demonst.c.
3.Hieron.ad Marcel.&ad Euag.tom.3.Aug.in Psal.33.con.2.Epiph.hære.55.Damasc.li.4.c.14.
9.Nu.24.b

cœna sub panis & vini specie 1. instituens suis Apostolis, vt primum noui Testamenti sacerdotibus, horumq; successoribus, vt offerrent, his verbis mandauit: 2. Hoc facite in meam commemorationem.

Hæc est oblatio, qua per varias sacrificiorum natura 3. & legis tempore similitudines 4. figurabatur, vtpote quæ bona omnia per illa tũ significata, velut illorũ omnium consummatio & perfectio complectitur.

Hoc illud est iuge sacrificium, quod non nisi ad finem mundi 5. abolendum, Daniel 6. testatur.

Ad hoc spectat Sacerdotium 7. secundum ordinem 8. Melchisedech, quod etiam Dauid in Christo futurum & permansurum prædicat.

peccauerunt quidem & ex accepta Dei gratia exciderunt, sed criminum sordes dignis pœnitentiæ fructibus in hac vita expiarũt; vt 1. David, 2. Ezechias, 3. Petrus, 4. Magdalena. Vtrumque hoc genus nulla post mortem eget Satisfactione sed ab ea prorsus est liberum.

At longè plures sunt homines medij generis morientes, nec valdè mali, vt 5. Augustinus indicat, qui peccatorum suorum pœnitentiam in vita perfectam non præstiterunt: ideoq; per ignem. 6. saluandi, vt quod satisfactioni pro hac vita conuenienti defuit, in altero sæculo iustitia diuina persoluatur. 7: Nihil *enim* coinquinatum intrabit in sanctam illam ciuitatem.

Huiusmodi ergò defunctis, vt ad quæstionem propositã respondeamus, subeunda est quadam & grauis illa profectò post mortem satisfactio. Quam interim Deus pro ingenti clementia sua relaxare 8. consueuit, pietate viuorum intercedente, vt defuncti suorum in Ecclesia fratrũ adeoq; membrorum ad-uti suffragiis, à peccatis horrendisq; peccatorum pœnis releuentur.

1. 2. Reg. 12. d. Psal. 6. b. 2. Esai. 38. c. 3. Mat. 26. g. 4. Luc. 7. c. 5. in Enchir. 110. & Beda in c. 11. Pr. u. 6. 2. Cor. 3. S. c. interpretatur eum locum S. Aug. in Psal. 30. li. 21. de ciu. ca. 26. de fide & oper. c. 16. & in Psa m 80. Orig. ho. 12. & 13. in Hierem. itē 25. in Num. & 6. in Exod. Greg. 4. dial. 49. Beda in 3. ca. Lucæ. 7. Apoc. 21. g. Psal. 41. a & 23. a. 8 Aug. vt supra & li. 21. de ciu. c. 24. in l. cap. 39.

hom. 1. cap 50. & serm 41. de san ctis. Gregorii 4. Bern. de obitu H. berti, D m. se serm. de defunctis. Conc. Flor & Trid. Sess. 6. can. 30. & Sess. 25. par.

 Et

3. 2. Macha. 12. 8

Et huc spectat quod sacra Scriptura trad[it] authoritas: 1. Sancta & salubris est cogitatio: pro defunctis orare vt à peccatis soluantur. *Vnde laudatus est Iudas ille Machabæus, quod singulari religione ductus, pro mortuorum peccatis nō precatione, sed etiam sacrificium* 2. *offerri sollicit[e] atq; sumptuosè curarit.*

Ibidem.

2. Concil. 4. Carthag. 79 & 95. Tol. 11. can. 12. Tibur. can. 31 Brac. 2. can. 34. Flor. Trid. sess. 25.

In hanc sententiam concedunt Veneranda 3. Synodi & Patres, qui veram Ecclesiæ doctrinam tradiderunt. Ex quibus vnum pro multis, idemq; fidei dignissimum testis 4. *Augustinus proferatur, in Machabæorum libris (inquit) legimus, oblatum pro mortuis sacrificium.*

4. Lib. de cura pro mortuis gerenda, cap. 1.

Sed etsi nusquam omnino in Scripturis veteribus legeretur, non parua est vniuersa Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, authoritas, vbi in precibus Sacerdotum, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Et rursus alibi: 5. *Purgatorias pœnas nullas futuras opinandum est, nisi ante illud vltimum tremendumq; iudicium. Et quod illis verbis luculentius?* 6. *Orationibus sancta Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum (defunctorum) spiritibus eroganture, ne[c]*

De ciuitate Dei lib. 21. cap. 16. 5

6. August. de verb. Apost. serm. 34.

eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à Domino, quam peccata eorum meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia. ſic Auguſtinus ante MCC. annos, vt interim ad vetuſtiores etiam, Cyprianum, 1. Origenem, 2. Dionyſium, 3. Clementem 4. in hac doctrina maximè conſentientes, prætermittamus.

Quocirca 5. Chryſoſtomus palam hortatur, vt pro viribus & ipſos defunctos iuuemus, & alios qui pro ipſis orent, commonefaciamus: Non enim temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio, ſciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Ita Chryſoſtomus.

Hoc eſt demum, quod aduerſus 6. Aerianos Eccleſia fida Scripturæ interpres vſque docuit, ignem 7. eſſe quendam purgatorium ſeu emendatorium, vt Auguſtinus 8. appellat, eoque pœnas peccatorum, quas hîc Pœnitentia perfectè non diluit, defunctis in Chriſto fidelibus luendas & expiandas eſſe, niſi, prout Auguſtinus 9. loquitur, viuentium virorum pietate illo reuocentur.

1. Li. 4. epiſt. 2. & 1. ep. 9.
2. vt ſupra.
3. de Eccleſ. hierar. ca. 7.
4. epiſt. 1.
5. Hom. 5. in epiſt. ad Phil. & 41. in 1. Cor. & 69. ad pop. Damaſc. in orat. de defunctis.
6. Epiph. hæreſi 75. & Aug. hær. 53.
7. Trid. ſeſſ. 25. & 5. Cõ. Flor.
8. in Pſal. 37. & l. 2. de gen. contra Man. ca. 20. 3reg. in 3. Pſal. pœnit. & lib. 4. dial. cap. 39. Bernar. ſerm. 66. in Cant.
9. in Enchir. 110. & de cura pro mortuis gerenda, cap. 4. & 18.

X.

Quæ commendatio ac dignitas est pœnitentiæ?

HÆc est Euangelicæ prædicationis e[xordium], Angelorum in cælis gaudi[um] via in terris arcta, & angusta porta, p[er] quam fideles ad vitam contendunt, & vi[o]lenti rapiunt regnum cælorum. 1. Hæc la[]psos erigit, saucios curat, imbecilles robora[t] mortuos viuificat, perditos restituit: omni[a] demum quæ peccatum vitiat, Pœnitentia in nobis redintegrat. Hac veteris vitæ odi[]um nostriq́ contemptū & omnem submis[]sionem testamur, hac ipsa duce lugentes 2. consolationem, afflicti curationem, humi[]les verò exaltationem reperimus. Hac est qua Dæmones & vitiorū pestes superamus, qua meritas 3 pœnas auertimus, Dei pla[]camus iram, conciliamus gratiam, & glo[]riam æternam comparamus.

Hinc illæ Christi voces in Euangelio 4. Pœnitentiam agite, appropinquau[it] enim regnum cœlorum. Non veni voca[]re iustos, sed peccatores ad pœnitenti[am]. 5. Nisi pœnitentiam habueritis, omn[es] similiter peribitis. *At is demum veram pœnitentiam agit, vt Cypriani verbis h[æc] omnia concludamus, qui Dei & Sacerd[otis]*

Mat. 3. b. 4. c
Marc. 1. b
Luc. 15. b
Math. 17. b
Math. 11. b
1. Lib. de vera & falsa pœnit. Basil. in orat. de pœnitentia.
Chrys. in homil. 1. pœnit.
2. Matt. 5. a
3. Hier. 18. a
Ez. ch. 18. f. g
& 33. c. d
Ionæ 3. b
Matth. 3. b
2. Cor. 7. c
Actor. 11. c
4. Matt. 4. c
Luc. 5. f
5. & 13. a
Cypr. serm. de 5 lapsis.

is praeceptis obediens, & obsequiis suis, & pei ibus iustis Dominum promeretur.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VN-CTIONIS.

I.

Quid de Sacramento extremæ vnctionis credendum.

ID ipsum nempe, quod Catholica 1.*Ecclesia constanter docet, signum hoc esse sacrum, in sacrato oleo institutum, vt per illud cœlestis virtus ad salutem non animarum, sed & corporis applicetur ægrotis ex diuina institutione.* 1.Con. Constant.sess.15. & Florent. & Trid. sess. 14. Innoce t. epist. 1 ad Decentium Eugu. c. 8. Petrus Damianus serm. 1. in dedicatione Eccl. Bern. in vita Malachiæ Episc. V Vormat. cap. 12.

Cui Sacramento testimonium longè clarissimum prabet Iacobus Apostolus cum in hæc verba scribit: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Iacob. 5. d. & ibid. Beda.

II.

Quid his verbis docet Apostolus?

PRimum Sacramenti huius ostendit elementum, seu materiam oleum esse,

Pontificali benedictione (vt recte ait Beda 1. consecratum. Significat autem 2. hilaritatem animi & confirmationem internam, quae per Dei gratiam Sacramenti huius virtute ab aegroto percipitur.

Deinde per Apostolum designatur Sacramenti minister proprius, nimirum, 3. Sacerdos qui sacram hanc Vnctionem cum orationibus decenter exerceat. Nec frustra de Apostolis est scriptum, 4 Vngebant oleo multos aegrotos, & sanabantur.

Praeterea, qui suscipiunt hoc Sacramentum a Iacobo dicti sunt infirmi, quoniam vt Ecclesiae mos est, in grauibus & periculosis infirmitatibus tantum sacra ista Vnctio celebratur.

1. In cap. 6. Mar & Luc. & c. 5. Iacob Innocentius vt sup. Conc. Melden. can. 1. apud Burchard. lib. 4. c. 75. & Iuonem par. 1. ca 259.
2. Theoph. in cap. 6. Marc.
3. Chrys. li. 3 de Sacerdot. & Cyr. lib. 2 in Leuit. cum
4. Marc. 6. b & ibi Theophyl & Beda

III.

Quis est Sacramenti huius fructus & effectus?

C*Onfert primum ad remissionem 5. peccatorum quae quidem ab aegroto Paenitentiae remediis non sunt expurgata, & decumbentis anima peccatorum suorum onere ac morbo inprimis leuetur.*

Deinde prodest ad corporalem infirmitatem vel 6. depellendam, vel alleuandam, quatenus expedit eam aegroto recuperare.

Postremo ad consolationem & fiduciam sub

5. Bernard. in vita Malachiae Episc.
6. Ibid. Bern

subministrandam valet, qua sane in supremo illo agone exitúq; animæ, opus est maximè, quando & cum doloribus acerbissimis, & cum horrendis 1. *Dæmonibus morituro est grauissimè confluctandū. Vnde licet salus corporis ægroto non restituatur, vt qui post acceptam hanc Vnctionem moritur, sæpè tamen gratia in hoc Sacramento peculiaris præbetur ad morbi vim molest. atq; constantius perferendam, & ad mortem ipsam facilius excipiendam. Atq; hoc est, quod per Apostolū suum Deus promisit:* 2. Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit remittentur ei.

1. Greg. hom. 39. in Euang. Climac. grad. 7. Euseb. Emis. hom. 3. ad Monac.

2. Iacob. c. 5.

Ad quos quidem designandos effectus etiam olei natura, seu natiua vis pulchrè congruit, vt explicat. 3. *Theophylactus. Quocirca retinendum est prorsus, quod saluberrimè monet Augustinus:* 4. *Quoties aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinē Christi ille qui ægrotat accipiat, & inde corpusculum suum vngat, vt illud quod scriptum est impleatur in eo:* Infirmatur aliquis, inducat Presbyteros, & orent super eum vngentes eum oleo. & oratio fidei saluabit infirmū & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei.

3. in cap. 6. Marc.

4. Serm. 215. de tempore. Vide etiā de rit. Cathol. conuersa: & de visitat. infirm.

5. Iacob. 5.

Dici quidem 1. ita possunt hactenus, quod sicut Sacerdotes externa quadam Sacrificia & ministeria sacra exercere solent: sic quotquot sunt in Christo renati, spiritualia quadam 2. Sacrificia nimirum orationes, laudes, gratiarum actiones, carnis mortificationem, & id genus alia quotidie possint ac debeant offerre seduloque exercitare. Vt hinc spirituales coram Deo Sacerdotes, & spirituales offerre hostias in scriptura dicantur.

1. Apoc. 1. b 5, ca. 2, 1. Pet. 2. a b, Rom. 12. a Psal. 50. d H br. 13. c Vide Bas. li. 2. de Bap. ca. S. Aug. 20. de ciu. cap. 10.

Verùm si propriè nomen hoc Sacerdotij accipimus, non sunt promiscuè Sacerdotes omnes sed hi duntaxat, quibus authoritas Ecclesiæ vt Sacramentorum 3. proprij sint ministri, demandauit, atque ad consecrandum, offerendum dispensandumque sacram Eucharistiam, & ad peccata hominum tum remittenda, tum retinenda ius contulit.

3. Ignat. a I Gero nim, Chrys. l. 3. & 6. de sacerd. & ho. 60. ad pop. Hier. a I Hel od, & aduersus Lucif. Item ad Euagriū, Victor. li. 2. de persecu. V Vandal. Cyp. l. 1. ep. 2. 4. 1. Tim. 5. c. 1. 1. Tim. 2. c. 1. Cor. 4. 1

Ac de his quidem nouæ legis Sacerdotibus seu Presbyteris ita Paulus: 4. Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Id quod certè congruere non potest mulieribus 1. quas in Ecclesia idem Apostolus docere vetat ac tacere iubet: neque omnino plebeis conuenit,

quorum est, ouium more pasti 2. non pascere, regi, non regere, nec se praeferre, sed subijcere & subiacere praepositis, & quacunque hi, siue boni, siue mali, in Cathedra sedentes dixerint, audire, seruare, & facere, vt Verbo Dei praeceptum legimus. Quapropter sicut in Ecclesia triumphante Angeli sunt 3. ordine ac potestate differentes, qui iniuncta sibi munia decenti quadam obseruata dispositione obeunt, ac fideliter exequuntur: sic militans etiam Ecclesia, 4. quae domus Dei, & velut castrorum acies quaedam ordinata est, ministros habet sibi peculiares, à reliquis Christianis seiunctos, & pulchro ordine inter se dispositos ad publica & communia Ecclesiae ministeria in terris peragenda: nimirum vt pro Christiano populo in his 5. quae ad Deum salutemq; animarum spectant, suas illi operas ex professo ac pro dignitate praestent.

2. Ioan.10.b c.21. 1.Pet.5.a 2.c.d Hebr.13.c Rom.13.a Matth.13.a Lucae 10.c 3. Ephes.1.d Coloss.1.b Dion. de coel. hierarch. cap.20. 4.1.Tim.3.d Anaclet. epi. 2.& Isidor. li.2.de Eccl. offic.cap.5. & seq. 5.Hebr.5.a & 13 c 2.Cor.5.d

III.

Quo loco Scriptura testimonium huic Sacramento praebet?

ILLic scilicet, vbi de Apostolis docet, quod in Ecclesia ministris deligendis instituendis atque ordinandis vsi sunt 1. manuum impositione. Hoc enim veluti symbolo certo

1. Actor.6. & 13.a. 1.Tim.4.d 2.Tim.1.b

to ² efficacè præsentis gratia, quæ in ordinum collatione exhibetur, & 2. accipitur, Sacramentum illud nobis est commendatum. 2. Amb. li. 3. de d g. Sacerdo c. 3. p. 5. Nicep. lib. 12. cap. 14.

Quare Paulus ad Timotheum à se creatum Episcopum scribens, & accepta in hoc Sacramento gratia illum admonens: 3. Noli, *inquit*, negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij. 3 1. Tim. 4. d & ibid. Theophyl. *Et rursus ad eundem*; Admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum. 4 2. Tim. 1. b.

Quoniam verò, permagni refert, quales in Ecclesia quibuscunque munijs præficiantur, & Ecclesiasticam potestatem ex hoc Sacramento accipiant, ad omnem Episcopum dicitur: Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. 3. 1. Tim. 5. d. Leo in epist. 87. ad Episc. Mauritaniæ. Synod. Rom. sub Syluestro Chrys. l. 2. de Sacer. 1. Conc. Car. 4. It? Lao. Trid. Ign. ad Antioch. Dion. Eccles. hierarch. c. 3. Euseb. hist. lib. 6. c. 35.

IV.

Quot gradus in se continet hoc Sacramentum?

Generatim quidem minores ordines maioresque continet: minores scilicet 1. quatuor, Ostiariorum; Lectorum, Exorcistarum, & Acolytorum: maiores verò tres, nempe Subdiaconorum, Diaconorum, ac

ac Presbyterorum. Ex Presbyteris porro a-
2. Lucæ 9.a & 10.a *lij maiores, alij minores à Christo 2. insti-*
tuti inueniuntur.

Maiores enim Presbyteri Apostoli sunt,
eorumq́ successores, 3. Episcopi, magna sa-
3. Cypr. li.1. ep ft.3. & lib. 3. epist. 9. Igna. ad Phila l. *nè potestate & reuerenda dignitatis præ-*
rogatiua excellentes. Nam horũ est (Scri-
pturæ 4. teste) attendere sibi & vniuerso
4. Act. 20. f *gregi, quem à Spiritu sancto curandum pa-*
1. Pet. 5. a. *scendumq́ accipiunt, regere Ecclesiam, ea*
Hebr. 13. c *quæ desunt corrigere, per ciuitates item*
Ad Tit. 1. b *Presbyteros constituere.*

Minores verò Presbyteri sub Episcopis,
sicut septuaginta 5. duo illi Discipuli sub
5. Lucæ 10. a *Apostolis, in Ecclesiæ ministerio deseruiu-*
Anacle. ep. 3. *unt, dona & sacrificia 6. pro peccatis offe-*
runt, atque in curanda Dominica messe,
6. Hebr. 5. a *tanquam 7. operarij secundum illos exi-*
7. Matt. 9. d *stunt.*

Ac minorum quidem quatuor ordinum
Clerici hoc proprium habent munus. 8. Vt
8. 4. Cartha. can. 6. & seq. Isid. lib. 2. de offic. Eccles. cap. 11. & seq. *Sacerdotibus & Episcopis multis inrebus*
præsto sint, vt ad sacra conuenientem po-
pulum ordinent, vtq́ paulatim ipsi velut
quibusdam gradibus ad maiora munia in
Ecclesia obeunda ritè instituantur atque
præparentur.

Cæteri

Cæteri verò maiores 1. tres ordines cùm in aliis, tum in sacris Eucharistiæ mysteriis maiorem conferunt potestatem. Igitur Subdiaconus & Diaconus dictis tam mysteriis tanquam administri adesse, ipsisque Sacerdotibus proximi esse possunt. Et quanquam quod ad Ordinis Sacramentum ac sacrificandi authoritatem attinet, discrimen inter Episcopos, & Sacerdotes non sit, 2. tamen sunt illi Sacerdotibus multo excellentiores, si Ecclesiæ gubernandæ, si pascendarum animarum ius, tum baptizatos confirmandi & Clericos ordinandi, potestatem consideremus.

1. 4. Carthag. cap. 3. & seq. Isi. or. li. 2. de offic. Eccles. cap. 7. & seq.

2. Isidor. li. 2 de offic. Eccl. c. 5. Hieron. contra Lucif.

Verum præsentis instituti non est, quæ singulis Ordinibus functiones 3. & leges præscriptæ sint, enucleare. Illud sanè constat, magno in pretio cunctos Ordines habendos, ac sedulò retinendos esse. Firmum enim testimonium illis præbet sacra Traditionis Apostolicæ 4. Ecclesiasticæque obseruationis disciplina quæ ad nos vsque transmissa perdurat.

3. Vide Clementum ep. 3 ad Iacobum.

4. Ambro. in ep. ad Ephes. cap. 4.

V.

Quomodo veteres Patres de hoc Sacramento scribunt?

De hoc Augustinus Doctor verè Catholicus suam & Ecclesiæ sententiam his

Lib. q. veteris & noui Testamenti q. 93.

Et lib. 2. cōtra epist. Parmeniani c. 13. 1. Ioan. 20. f. *his verbis manifestè declarat: Quòd insufflasse in discipulos Dominus legitur, post dies paucos resurrectionis suæ & dixisse,* 1. Accipite Spiritum sanctum. *Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in Traditione Dominica per Spiritum sanctum agantur, idcirco cum regula eis & forma traditur huius disciplinæ, dicitur eis:* Accipite Spiritum sanctum. *Et quia verè ad ius Ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens, cuius tenueritis peccata tenebuntur, & cuius remiseritis remittentur ei, inspiratio ergò hæc gratia quædam est, quæ per Traditionem infunditur* Ordinatis, *per quæ commendationes habentur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheum,* 2. 1. Tim. 4. d. *2. Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem Manuum, Presbyterij. Semel ergo fieri oportuit vt de cætero traditio ista non sine dono Spiritus sancti esse crederetur. Hucusque Augustinus.*

Extant & Apostolorum Canones, in quibus hoc modo 3. Can. 1. & 2. *3. statuitur: Episcopus à duobus aut trib. Episcopis ordinetur, Presbyter ab vno Episcopo ordinetur: ita Diaconus & reliqui Clerici.* 4. Can. 68. *Tum 4. infra:*

Si

Siquis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cantor sacram Quadragesimam non ieiunauerit, aut quartam feriam, aut Parasceuen (hanc sextam feriam nunc dicimus) Ordine moueatur, nisi forte infirmitas corporis impediat. Vide in Graeci Canones 61. distinctionis.

Caius 2. fere ante annos MCCC. Pontifex & Martyr illustris, hos ipsos gradus & Ordines sigillatim recenset, quum ait: Si quis Episcopus esse meruerit, primò Ostiarius, deinde Lector, post Exorcista, deinde sacretur Acolytus: de hinc verò Subdiaconus, Diaconus, & postea Presbyter: exinde, si meretur, Episcopus ordinetur. 2. Vide Damasum in pontificali.

Laudat igitur 3. Cyprianus Cornelium Episcopum, ac bonis omnibus tum in Clero, tum in populo eundem laudabili praedicatione commendari scribit: quia non iste ad Episcopum subitò peruenit, sed per omnia Ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Dominum saepè promeritus ad sacerdotij sublime fastigium cunctis Religionis gradibus ascendit, tum deinde Episcopatum ipsum nec postulauit, nec voluit, nec vt inuasit: sed quie- 3. Lib. 4. ep. 2. Sozimus epistol. 1. ad Isichium.

tum.

tus, modestus, castus, humilis, verecundus, demum & coactus excepit.

Quos igitur ordines vetus & Apostolica probauit Ecclesia, sicut 1. Dionysij. 2. Anacleti. 3. Ignatijque scripta declarant, quos ætas etiam omnis complexa posterior, eos præsens Ecclesia non potest sane nõ conseruare atq; defendere.

1. De Eccles. Hier. cap. 5 & ad Demophilum
2. epist. 2.
3. Ad Antiochenses.

VI.

Quis est Ordo in Ecclesia magis celebratus?

PResbyterorum Ordo siue Sacerdotium: de cuius ingenti semperque reuerenda dignitate Chrysostomus & Ambrosius libros integros ediderunt. De quo magnus etiam ille Ignatius 4. Sacerdotium, inquit, summa est omnium bonorum, quæ in hominibus consistunt: quod si quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Iesum Christum primogenitum totius creaturæ & solum natura principem Sacerdotum Dei, sic ille. Quin & dilucide testatur Diuinum oraculum 5. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. *Et rursus*, 6. Qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino

4. Episto. ad Smyrnenses.
5. Malac. 2. b Aggæi 2. b Gregor. curæ past. parte 2. cap 4
6 Deu. 17. c. Et Cypr. lib. 1 epistol. 3. & lib. 3. ep. 9.

mino Deo suo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel; cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. 1.1.Tim.5.d Vide 2.epist. Fabian.
Hinc & Apostolus iubet : 1. Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. *Idque ad Timotheum Ephesiorum Episcopum scribitur, sicut & illud iam antè citatum :* 2. Qui bene præsunt Presbyteri, 2.1.Tim.3.c
duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina.

VII.

Quid verò de malis Sacerdotibus est sentiendum?

Diuina isthæc est ordinatio, quæ nō potest aboleri, vt non boni modò, sed mali quoq; Sacerdotes in Ecclesia 3. honorentur. Vult enim in suis ministris agnosci, recipi, audiri, atq; obseruari ille qui dixit : 3.Eccles.7.d Chrys.hom. 2. in 2 Tim. Orig.hom.7 in Ezech. Aug.ep. 137 Matth. 10.d Lucæ 10. c
4. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi : omnia ergò quæcunque dixerint vobis, seruate & facite : secundum autem eorum opera nolite facere, 4.Matt.23. Aug. ser 40. de verbo Domini.
Dicunt enim & non faciunt.

Cæterum inter malos delectus quidam habendus est, vt quod ad munus authoritatemque docendi spectat, illis tantùm fidem

8.Cypr.lib. 2 cap 3. Chryf.hom. 11.in epist.ad Hebræo. Leo epist. 63 ad Theodor. 2.lib.4.cap. 41. Vide eundem.li.3.c.2. & 3.

dem obedientiamq; deberi intelligamus, qui ab Episcopis legitimè sunt ordinati ac missi, sanam Ecclesiæ doctrinam profitentur: ab alijs verò, vt hostibus & pestibus, sedulò caueamus.

Qua de re sapientissimè monet atque hunc in modum docet antiquissimus Irenæus, 2 ijs qui in Ecclesia sunt, Presbyteris obaudire oportet, & qui successionem habent ab Apostolis, & qui cum Episcopatus successione charismata veritatis acceperunt: Reliquos verò qui absistunt à principali successione, quocunq; loco colliguntur, suspectos habere, vel quasi hæreticos & mala sententia, vel quasi scindentes & elatos. Nec minus 3. post 3 ab omnibus talibus absistere oportet: adhærere verò his, qui Apostolicam sicut prædiximus, doctrinam custodiunt & cum Presbyterij Ordine sermonem sanum, & conuersationem, sine offensa præstant ad confirmationem & correctionem reliquorum. Hæc Irenæus ille, qui sancti Ioannis Euangelistæ discipulum Polycarpũ præceptorem audiuit. Nec aliter Tertullianus 4. docet qui hæreticis hoc exprobrat dicens: Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconstantes, Nunc Neophytos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc Apo-

3.Cypr. 44. lib. 4.

4.Libro de præscriptionibus hæreticorum.

statas

ſtatas noſtros: ut eos gloria obligent, quia veritate non poſſunt, NVSQVAM facilius proficitur, quam in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus: cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector, hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nam & Laicis 1. ſacerdotalia officia iniungunt. Hucuſque Tertullianus, perpulchrè nobis depingens non ſua tantum, ſed huius etiam ætatis præpoſteros mores, & prophanos in turbandis ſacris ordinandisq; miniſtris conatus ſectariorum oſtendens. 1. Vide & Epiphan. hæreſi. 42.

VIII.

Quæ virtus eſt huius Sacramenti, & quis effectus?

Eximia certè virtus eſt, & effectus multiplex. Nam qui ſeptem his ordinibus, quos diximus rite initiantur, Dei conſequuntur gratiam 2. & poteſtatem ſpiritualem, vt quæ ad ordinum ipſorum functiones proprias pertinent, ſalubriter exequantur, ac inter Deum Deique populum idonei miniſtri ſint conſtituti. Vnde Ambroſius; 3. In loco Ordinis officij Eccleſiaſtici poſitus, gratiam habet, qualiſuis ſit, non vtique propriam, ſed Ordinis per efficaciam Spiritus ſancti.

2. Con. Flor. & Trid. Et Aug. libro 2. contra epiſt. Parmeniani & Orig. in cap. 10. lib. 1. Reg. 3. In 12. cap. 1. Cor.

1.Actor.6.b 15.2.14.d 1.Tim.4.d Titum.1 b Cypr lib.1. epist.4.& 6. *Habent præterea itidem 1, ordinati certum ex eo & illustre testimonium, quo se ministeriaq; sua commendent & comprobent alijs. Ita fit vt ijs ordinibus insignes & in ministerium Ecclesiæ segregati rectè cognoscantur, & suo in loco habeantur, meritoq; honorentur. Væ autem ijs, 2. quos*

Num.16.a Hebr.5.b 2.Paral.2.6. 6.d *non Aaronis à Deo vocati exemplum impellit. sed nouandarum rerum studium ac animi tumor ad instar Oziæ Regis, ad Sacerdotalis dignitatis munera quomodocunque occupanda ac arripienda præcipitat.*

3.Hier.23.d *In quos Diuinus ille sermo rectè competit:* 3. Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.

4.Ioan.10.2 Cant.2.f Actor.20.f Matth.7.c *Et hos non Ecclesia ministros habendos sed vti 4. fures, latrones, vulpes, canes & lupos cauendos esse scriptura monet: quoniam illi non per ostium ingrediuntur, sed aut propria temeritate, aut propter Magistratus duntaxat ciuilis vel turba popularis fauorem, Ecclesiastica munia sibi sumunt absque legitima quidem vocatione & ordinatione in sacra illa munia inuo-*

5.Rom.10.c 6.Actor.13.a *lantes;* 5. Quomodo autem prædicabunt nisi mittantur? *vt segregatus 6. ille in ministerium Paulus inquit.*

Certè

Certè ordine 1. confuso, & sublato Sacerdotio, & Ecclesiastica corrueret Hierarchia, quæ tum ex Presbyteris & alijs ministris, tum verò ex Episcopis rectè ordinatis 2. constat: nec esset Ecclesia, quod dicitur, castrorum 3. acies ordinata, nec veri & legitimi Ecclesiæ ministri internoscerẽtur: præterea docendi munus & auctoritas vilesceret: Sacramentorum dispensatio infidè præposterèq; curaretur, ac vana etiam foret: functiones demum Ecclesiasticæ perturbarentur, atque sicut res nunc ipsa nimium docet, noua falsaq; doctrina per nomes istos falsaq; spõsa ministros glisceret, vnde grauibus etiam & exitialibus motibus, quos experimur, identidem Ecclesia concuteretur. Quapropter Apostolus Paulus 4. non modo gradus ministrorum in Ecclesia diuersos posuit, verũ etiam quam salutares ac necessarij essent adiunxit, vt affirmet 5. diuinitus eos esse datos Ecclesiæ, quemadmodum antea dictum fuit, Ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, & vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia, ad circumuentionem erroris.

1. Ex. Leone & Gregorio. qui citantur etiam distinctio. 61 & 89
2. Dionys. in lib. Eccl. hier
3. Cant. 6.a
4 1. Cori th 12.d
5. Ephes. 4.

Et

1\. Iren. lib. 3. cap. 1. & li. 4. cap. 34. Optatus li. 2 contra Don. Aug. ep. 165. item contra ep. Fund. c. 4. & in Psalmo cōtra partem Donat. Tert. de pręscrip. hæret.

Et est profecto illustris hæc nota 1. Ecclesiæ multoque certissima, quod videmus perpetuam illam, nullaque hactenus ætate interruptam Episcoporum & legitimorum in ea ordinum successionem, quos Deus in ea ad huius regni sui gubernationem integram collocauit. Eoque magis ministrorum isthæc institutio, tanquam neruus firmissimus Ecclesiæ, & conseruandæ vnitatis pulcherrimum vinculum, sedulò retinenda, & in malis etiam Ecclesiæ ministris (vti diximus) propter diuinam ordinationem est vsque honoranda. Quod Augustinus intelligens, 2. In illum, inquit, ordinem Episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro vsque ad Anastasium qui nunc eandem Cathedram sedet, si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ, & innocentibus Christianis; quibus Dominus prouidens, ait de præpositis malis 3. Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. *Hæc Augustinus.*

2\. Epist. 165. Nicolaus I. ad Michaelem imperat. in. 6. cap. 6.

3\. Matt. 23. a

DE

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

I.

Quid est Matrimonium?

Matrimonium 1. est legitima viri fœminaque coniunctio, ad consuetudinem vitæ indiuiduam inter ipsos coniuges transigendam diuinitus instituta.

Legitima, inquam, vt mutuus amborũ 2. consensus accedat, & gradus, quos vocant, 3. cõsanguinitatis & affinitatis, aliaque id genus matrimonium vel prohibentia, vel dirimentia: minimè intercedant. Cuius quidem coniugalis coniunctionis si primarium auctorem quæris, 4. Deus est Opt. Max. qui primos coniuges & humani generis parentes in ipso paradiso coniunxit suaque benedictione cohonestauit. Si finem institutionis spectas, est humani generis ad Dei gloriam 5. propagatio, & coniugum inter se familiaris fideiq; 6. conuictus ac præterea 7. fornicationis in hac naturæ corruptæ imbecillitate deuitatio.

Quia

1. Aug. in lib. de fide & operib. c. 7. & li. 1. de nupt. & conc. c. 10. & 21. Libro de bono coniug. c. 24. Ambr. in c. 5. Ephes. Petrus Dam. serm. 1. de dedic. Lucius 3. in 5. decretal. tit. 7. c. p. 9. Constantiens. conc. sess. 15. artic. 8. Trid. sess. 24. cã. 1. 2. Gen. 24. g. Tob. 5. c. d Ambr. de inst. virg. c. 6. 4. Calixtus. epist. 2. Lat. can. 50. Trident. sess. 24. de reformat. Matri. 4. Genes. 2. g. Matt. 19. a. 1. Corinth. 7. a Ephes. 5. g 5. Gen. 2. d. 6. Chrysost. homil. 20. in epistol. ad Ephes. in moral. exhort. 7. 1. Cor. 7. a August. lib. 9. de gen. ad lit. cap. 7. Chrys. in Psal. 43.

an prole est, nec tantū pudicitia cuius vinculum est fides, verum etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus: 1. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Et 2. rursus: In nuptijs plus valet sanctitas Sacramenti quam fœcunditas ventris.

1. Ephes. 5. f
2. Aug. libro de bono coniugali c. 18.

III.

An dirimi vnquam potest Matrimonium?

Matrimonium dirimi non posse, sed illius nexum indissolubilem esse, primi hominis verba illa demonstrant, 3 Relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quam rem Christus 4 quoque confirmauit, cum Adæ verba veluti diuina repeteret, illud etiam adiungens: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Atque alibi docet: 5. Omnis qui dimiserit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Hanc porrò Dei legem & inuiolabilem ordinationem de perpetua coniugalis nexus firmitate Paulus 6. illustrans: His, ait, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro

3. Gen. 2. d
4. Matt. 10. a Marc. 10. b Orig. homil. 7. in Matth.
5. Luc. 16. d Marc. 10. b Rom. 7. à Can. Apost. 48.
6. 1. Cor. 7. b Aug. de adul. coniug. lib. 2. ca. 5. Concil. Mileu. c. 17.

non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo recôciliari. Et vir vxorem non dimittat. *Ac postea subiicit*: Mulier alligatã est legi, quanto tempore vir eius viuit.

a Ibidem b

2. Aug. li. de bono coniug. cap. 7. 15. 18. 24. Hie. in epist. 22. Fabiolæ.

Etsi igitur nulla etiam speretur 2. proles, & qualibet vita incommoda durissimique casus accedant; tamen contractum semel matrimonium valet, adeoq; ratum & firmum est, si præsertim sit consummatum, vt vtiq; indissolubile in omni vita perseueret. Vnde non potest alter coniugum ab altero in vniuersum diuertere, nisi fortè priusquam inter coniuges carnale commercium intercesserit, religiosa 3. vita institutum vsurpatur. Vbi verò causa quadam offerunt sese ob quas aliquando coniuges separentur, non idcirco vinculum soluitur 4. sed thori & cohabitationis cõmunitas, quæ anteà fuit, impeditur.

3. Decret. lib. 3. tit. 32. c. 1. Trident. sess. 24. can. 6.

4. Con. Flor. Trident. sess. 24. can. 7. & 8.

Cuius rei causam in Christo ipso statuemus, qui summa, perpetua & inseparabili prorsus vnione 5. Ecclesiam, sponsam illam vnicam, semperq; charissimam, sibi adiunxit atque copulauit. Neq; solum hæc ipsa, quæ inter virum & vxorem est coniunctio, vinculi coniugalis habet firmitatem, verùm etiam omnem inde Polygamiam,

5. Eph. 5. f g Cant. 5. a b c

niam, ut ne videlicet viro plures nubant, aut una pluribus detur maritis, penitus excludit. Quare Christus, ut Matrimoniū & certius confirmaret, & ad propriorē primæuumq; illum statum reuocaret, significanter dixit: Erunt duo in carne vna. Et rursum: Iam non sunt duo, sed vna caro.

1. Isidor. lib. 2. de offi. Eccles. cap. 19. Trident. sess. 24. can.

Gen. 2. d Matth. 19. a Marc. 10. b

IV.

Estne permissum omnibus Matrimonium?

Minimè. Tradiderunt enim sancti Apostoli, ut Epiphanius inquit, peccatum esse post decretam votoque firmatam virginitatem ad nuptias conuerti. Idq; tale ac tantum esse peccatum asserit Hieronymus, 3. ut dicat, Virgines quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteras, quàm incestas esse. Et Augustinus 4. ait Virgo, quæ si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupserit; Christi adultera reputabitur. Respexit enim retro de loco, quo accesserat.

2. Epiph. heresi 61. cōtra Apostolos. 3. Hier. cōtra Iouin. Basil. de virginitate epist. 183. 4. in Psa. 85. Vide eundē in Psal. 75. & de bono viduit. c. 8. 6. & 11. Oecum in 1. Corinth. 7 Cypr. li. 1. epist. 11.

Proinde quod Apostolus habet, 6. Melius est nubere quàm vri, prout ambrosius disertè pronuntiat, ad non pollicitam, id nondum velatam pertinet. Cæterum qua

5. 1. Cor. 7. b 6. Libro ad virginem lapsam. cap. 5 Hier. l. b. 1. in Iouin. Aug. b. 1. de adult. coniug. c. 15. &c 8. de bono viduitati. Oecum 1. Cor. 7. Isidor. lib. 3. de offic. Eccles. cap. 17.

quæ se spopondit Deo, & sanctum velamen accepit, tam nupsit, iam immortali nuptæ est viro: & si iam voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambrosius. Vnde semper laudatum fuit 1. Iouiniani Imperatoris rescriptum, & à Iustiniano Imperatore in Codicem relatum, 2. quod sic habet: Si quis non dicam rapere, sed attentare tantum iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.

Iam 3. de Monachis, & 4. sacris ordinibus initiatis eadem ratio, idem iudicium est prorsus; damnationem enim habent, si laxatis libidini habenis, primam fidem Deo & Ecclesiæ datam fefellerint, seu, vt Apostolus 5. loquitur, irritam fecerint. Qui vltrò se abdicarunt coniugio, dum seruandum perpetuo cælibatum, aut voto expressè nuncupato firmarunt, aut sacrorum Ordinum, susceptione saltem tacite 6. comprobarunt, atque testati sunt.

Audiant igitur verbum Dei: 7. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Quod

1. Soz. lib. 6. hist. cap. 3. & Niceph. lib. 10. cap 39. 2. L. Si quis C. de sacr. Episc. & Cle. 3. Basil. q. 14. diff. expl. Itē serm. 4. exercitamentorū pietatis. Cōstitutionum exercitatoriarum cap. 21. epist. 183. & 184. Chrys. epi. 6. ad Theolorū lapsū Leo ep. 92. cap. 31. Aug. in Psalm. 75. & serm. 1. de communi vita Cler. Chal. Synod. c 16. 4. Epiph. hæresi. 50. & in comp. doct. Her. 1. contra Leuia. & aduersus Vigilantium. Aug. 2. de adult. coniug. c. 20. Greg li. 3. p. 34. Leo ep. 92. ad Rusticum, 3. Bern. serm. 65. in Can. Trid. sess. 24. an. 9. 5. 1. Tim. 5. b. 6. 6. decret tit. 15. 7. Eccl. 5. a. ibid. & Deut. 23. d.

Quodcunque voueris redde. *Tum alibi* 2. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Quin & Christus ipse docet: 3. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.

2. Psal. 75.
3. Luc. 9. g

V.

Cogit igitur ad Cœlibatum quosdam Ecclesia?

NON cogit sanè pia prouidaq; mater, quæ legem cœlibatus nemini imponit; ab ijs verò qui legem eam, vti dictum est, vltro receperunt, exigit, 4. ne soluant religionem, neque conuentionem quā cum Christo & eius Ecclesia sanctè inierunt, violent atq; rescindant.

Meritò igitur vrgentur illi stare promissis, & seruare quod semel firmiter amplexi sunt, consilium Euangelicum: de quo Paulus: 5 Et qui matrimonio iungit: virginem suam: benefacit (*quamdiu scilicet voto cœlibatus 6. astricta non est*) & qui non iungit, melius facit: 7. *Et rursus* Bonum est homini mulierem non tangere. *Quocirca laudantur a 8. Christo & in Ecclesia semper apprimè laudati fuerunt Eunu-*

4. Bel. la li. 3 d.. i bern. & vosis [illegible] c. 9 & in Lac. c. 1 Hier. [illegible] 1. ad Titum & apol. pro lib. Iouin. Orig. homil. 23 in Num. Amb. epist. 82. & 1. offic cap. 5. 1 Bus. 1 d n[illegible]. cu ing cap. 9. Vide Can. dist. 28.
5. 1. Cor. 7. g
6. Theop. ibid. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum. Gregor. in cap. 15. lib. 1. Regum. Epiphan. hæres. 1.
7. ibidem a. 8. Matth. 10. D

2. Eunuchi Euangelici; siue vti Tertullianus 3. vocat, spadones voluntarij, qui seipsos propter Dei regnum castrauerunt, vt sint sancti 4. & corpore & spiritu, Deo in carne sine carne militantes.

2. Eus. 36. & ibid. Hieron. Basil. lib. de virg. Aug. de sacra virg. ca. 24. & 25

3. Lib. 1. ad vxorem.

Vbi duplex error nobis est valdè cauendus: alter eorum, qui cum Iouiniano matrimonium sic extollunt, vt aut 5. aquent 6. aut anteponant hunc statum cælibatui seu virginitati, cum Paulus 7. quidem & Patres omnes apertè reclament: alter eorum qui fingunt continentiam & cælibatum ab hominibus Christianis vix ve sepraestari, ideoque nulli eum facilè suscipiendum, aut sanctè promittendum esse contendunt. Nec intelligunt isti, Euangelicæ gratiæ libertatem, qua tantis ac tanta per Christum tot seculis data est, & quotidie datur credentibus, 8. petentibus, quærentibus, pulsantibus, vt hi iugum Domini suaue & continentiæ viam non minus sibi commodam quam salutarem experiantur. Inter quos erat & Paulus palam affirmans, Fidelis Deus est qui nō patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum. Quamobrem Augustinus 1. vbi locum illum voue- te & reddite Domino Deo vestro explicat,

4. 1. Cor. 7. g

5. Hieron. in Iouinianum. Aug. hæresi 82.

6. Trid. sess. 24. can. 12.

7. 1. Cor. 7. g

8. Aug. 6. & 8. confess. ca. 2. Orig. Hieron. Chry. in Matth. 5. 19.

1. Cor. 10. c.

1. August. in Psal. 75.

ita scriptum reliquit; Non sitis pigri ad vovendum. Non enim viribus vestris implebitis. Deficietis, si de vobis praesumitis. Si autem de illo cui vouetis, vouete, securi reddetis. Et idem alibi: 2. Felix necessitas quae ad meliora compellit. 2.epist.45.

VI.

Quae est summaria doctrina superiorum?

QVae pro instituta dicta sunt hactenus breuitate, eò sunt demum referenda, vt habeant simplices assertionem Catholicam de septem Ecclesiae Sacramentis. Quae duplicis quidem esse generis inueniuntur, 3. Alia enim, vt priora quinque, singularem vniuscuiusque fidelis salutem promouent: alia verò duo videlicet posteriora, multiplicando Dei populo & Ecclesiae propaganda deseruiunt. Vtrumque autem illud ex diuina nihilominus necessaria institutione efficiunt. 3.Con.Flor.

Enimuerò Baptismus 4. ad spiritualem vitam, quae in Christo est, regenerat. Confirmatio 5 vires porrò ac robur addit regenerato. Eucharistia 1 cibus, potus ac viaticum est peregrinanti. Poenitentia 2 praesens aduersus omnes animi morbos phar- 4.Ioan.3.b Tit.3.b 5.Actor.8.b 1.Ioan.6.f 2.Ioan.20.f Ezech.48.g

maticum, lapsum hominem erigit, curatq;
vulneratum. Succedit extrema, 3 Unctio,
3.Iacob.5.d quæ in postrema cum morte lucta munit
atq; consolatur emigrantem. Ordo deinde
4 Tit.1.b 1.Cor.4.a 4. ministros præbet Ecclesiæ, qui sacris præ-
sint ac superiora omnia ritè procurent, di-
spensent, conseruent & applicent. Denique
5.Eph.5.f.g 1.Cor.7.2 Matrimonium, 5. Christianam gentem
propagat, & humanæ prouidet inconti-
nentiæ.

Vbi etiam istud discrimen retinendum
est, quod Baptismus, Confirmatio & Ordo
semel collata nunquam 6. iterentur. Ba-
6.Conc.Flo. Trid.sess.7. cap.3. de Sacram. Aug.2. con. epistol. Parm. c.13. ptismus item necessario suscipitur 7. ab
omnibus, Eucharistia 8. à ratione vtenti-
bus: & à relapsis 9. Pœnitentia: At est ar-
bitrarium vti reliquis, modò nullum con-
temnat aut negligat in tempore.

7.Ioan.3.b Hæc sunt igitur antidota, diuinaq; re-
9.Apoc.2.b media quæ misericordia plenus ille 10. Sa-
10.Luc.10.f maritanus instituit, & Ecclesiæ præpositis
1.Cor.4.a Ioan.10.c dispensanda concredidit, nimirum ad pro-
be curandos ægros, id est, peccatores omnes
in Ecclesia, quoad illi, si velint, veram per-
fectamq; sanitatem adipiscantur. Quæ
quidem remedia ritè cognoscere, salubriter
accipere, atq; fideliter etiam alijs applicare,
non artis profectò humanæ, sed Christianæ
est

ſt ſapientia. De qua cum ſatis dictum ſit attenus, quemadmodum præſentis inſtituti ratio tulit, reliquum eſt vt Chriſto luce ad alteram huius operis partem, quæ Chriſtianam iuſtitiam continet, porrò tranſeamus.

Eccleſiaſtici IV.

SAPIENTIA filijs ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe: & præibit in via IVSTITIAE; & qui illam diligit, diligit vitam.

DE IVSTITIA CHRISTIANA.

I.

Quænam pertinent ad Iuſtitiam Chriſtianam?

SVmmatim, duo, quæ his verbis continentur: 1. Declina à malo, & fac bonum; *ſicut Eſaias docet*, 2 Quieſcite agere peruerſe, & diſcite benefacere. *Hoc eſt, quod Paulus 3 monet, veterem cum actibus ſuis exuendum, & nouum hominem in iuſtitia & ſanctitate veritatis induendum eſſe. Prius eſt in cognoſcendis fugiendiſque peccatis poſitum, quoniam ea ipſa maxima ſunt mala mortalibus; poſterius*

Chryſ. in Pſ. 5. Proſp. ſent. 98 ex Aug. in Pſa. 37. c. Pſal. 33 c. 2. Eſa. 1 c. 3 Col. 3 b Ep. Eſ. 4. c.

verò in bonis expetendis atque conficiendis versatur.

Vt autem iustitia hoc officium utrumque 4 praestemus, Dei gratia per Iesum Christum nobis parta & promissa semperque necessaria est, 5. ea verò praeeunte atque cooperante, efficitur, id in nobis, quod Ioannes affirmat: 6 Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille (Deus) iustus est. Addit porrò; Qui facit peccatum ex Diabolo est.

4. Bern. ser. 1 de Pentecoste.
5. August. de gratia & lib. arbit. cap. 15. & 18. Hieron. 2. in Iouin.
6. 1. Ioan. 3. b

II.

Quid est peccatum?

Avgustino 1. teste, Peccatum voluntas est retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere, Et alibi docet, 2. Peccatum esse dictum, vel factum vel concupitum contra legem Dei. Ambrosius verò; 3. Quid est peccatum inquit, nisi legis diuinae praeuaricatio, & caelestium inobedientia praeceptorum?

1. Lib. 1. Retract. cap. 15.
2. Libro. 22. contra Faustum cap. 27.
3. Lib. de paradiso cap. 8

III.

Quotuplex verò peccatum est?

Triplex; Originale, Mortale ac Veniale. Primum Originale vocamus, quod à primo humani generis parente Adam transfusum, nobisque in ipsa conceptione contractum, per Baptismum in Christo tollitur. De quo Paulus in hunc modum:

Pec

[illegible] per vnum hominem, *inquit*, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. 4. Rom. 5.
Et rursus ad baptizatos loquens, vt vim Christiani baptismi ad hoc quoque peccatum expiandum porrigi ostenderet, apertè testatur: 5. Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. 5.1.Cor. 6.e

Mortale verò, est peccatum (vt vocant) actuale, quod vitam spiritualem eripit, ac mortem adfert animæ peccantis: quæ mors & à Deo Deiq; regno separat, & supplicio æterno dignum facit. Vnde scriptum est: 1. Stipendia peccati mors. 2. Iniustitia mortis est acquisitio. Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam. 1.Rom. 6.d 2.S. p. 1.d

Demum veniale peccatum est actuale quidem, sed quod Dei inimicum hominem non efficit, cuiusque à Deo venia fidelibus facilè impetratur. De hoc Ioannes dixit: 3. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. *Nam & Iacobus apertè fatetur*. 4. In multis offendimus omnes, *Et si Sapienti credimus* 5. Septies cadit iustus in die & resurgit. 3.1.Ioan. 1.d 4.Iacob. 3.a 5. Pr . 24 b Ec.les. 7.c

non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo recōciliari. Et vir vxorem non dimittat. *Ac postea subijcit*: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit.

Etsi igitur nulla etiam speretur 2. *proles, & qualibet vita incommoda durissimique casus accedant; tamen contractum semel matrimonium valet, adeoq; ratum & firmum est, si praesertim sit consummatum, vt vtiq; indissolubile in omni vita perseueret. Vnde non potest alter coniugum ab altero in vniuersum diuertere, nisi fortè priusquam inter coniuges carnale commercium intercesserit, religiosa* 3. *vita institutum usurpetur. Vbi verò causa quadam offerunt sese ob quas aliquando coniuges separentur, non idcirco vinculum soluitur* 4. *sed thori & cohabitationis cōmunitas, qua antea fuit, impeditur.*

Cuius rei causam in Christo ipso statuemus, qui summa, perpetua & inseparabili prorsus vnione 5. *Ecclesiam, sponsam illam vnicam, semperq; charissimam, sibi adiunxit atque copulauit. Neq; solum haec ipsa, quae inter virum & vxorem est coniunctio, vinculi coniugalis habet firmitatem, verùm etiam omnem inde Polygamiam,*

Ibidem b.

2. Aug. li. de bono coniug. cap. 7. 15. 18. 24. Hieron. in epist. 22. Fabiolae.

3. Decret. lib. 3. tit. 32. c. 1. Trident. sess. 24. can. 6.

4. Con. Flor. Trident. sess. 24. can. 7. & 8.

5. Eph. 5. f g Cant. 5. a b c

niam, *t. ne videlicet viro plures nubant, aut vna pluribus detur maritis, penitus excludit. Quare Christus, vt Matrimoniū & certius confirmaret, & ad propriorē primæuumq; illum statum reuocaret, significanter dixit*: Erunt duo in carne vna. *Et rursum*: Iam non sunt duo, sed vna caro.

1. Isidor. lib. 2. de offi. Eccles. cap. 19. Trident. sess. 24. can.

Gen. 2. d Matth. 19. a Marc. 10. b

IV.

Estne permissum omnibus Matrimonium?

M*Inimè. Tradiderunt enim sancti Apostoli, vt Epiphanius inquit, peccatum esse post decretam votoque firmatam virginitatem ad nuptias conuerti. Idq; tale ac tantum esse peccatum asserit Hieronymus, 3. vt dicat, Virgines quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteras, quàm incestas esse. Et Augustinus 4. ait Virgo, quæ si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupserit; Christi adultera reputabitur. Respexit enim retro de loco, quo accesserat.*

Proinde quod Apostolus habet, 6. Melius est nubere quàm vri, *prout Ambrosius disertè pronuntiat, ad non pollicitam, ad nondum velatam pertinet. Cæterùm*

2. Epiph. hæresi 61. cōtra Apostolos. 3. Hier. cōtra Iouin. Basil. de virginitate epist. 183. 4. in Psa. 85. Vide eundē in Ps. 1. 75. & de bono viduit. c. 8. 6. & 11. Oecum. in 1. Corinth. 7. Cypr. li. 1. epist. 11. 5. 1. Cor. 7. b 6. Libro ad virginem lapsam. cap. 5 Hier. l. b. 1. in Iouin, Aug. lib. 1. de adult. coniug. c. 15. & c. 8. de bono viduitat. Oecum. in 1. Cor. 7. Isidor. lib. 3. de offic. Eccles. cap. 17.

quæ se spopondit Deo, & sanctum velamen accepit, iam nupsit, iam immortali nupta est viro: & si iam voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambrosius. Vnde semper laudatum fuit 1. Iouiniani Imperatoris rescriptum, & à Iustiniano Imperatore in Codicem relatum, 2. quod sic habet: Si quis non dicam rapere, sed attentare tantum iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.

Iam 3. de Monachis, & 4. sacris ordinibus initiatis eadem ratio, idem iudicium est prorsus; damnationem enim habent, si laxatis libidini habenis, primam fidem Deo & Ecclesiæ datam fefellerint, seu, vt Apostolus 5. loquitur, irritam fecerint. Qui vltrò se abdicarunt coniugio, dum seruandum perpetuo cœlibatum, aut voto expressè nuncupato firmarunt, aut sacrorum Ordinum, susceptione saltem tacitè 6. comprobarunt, atque testati sunt.

Audiant igitur verbum Dei: 7. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. E[t]

Quod

1. Soz. lib. 6. hist. cap. 3. & Niceph. lib. 10. cap. 39. 2. L. Si quis C. de sanct. Episc. & Cle. 3. Basil. q. 14. diff. expl. Itē serm. 4. exercitamentorū pietatis. Cōstitutionum exercitatoriarum cap. 11. epist. 183. & 184. Chrys. epi. 6. ad Theodorū lapsū Leo ep. 92. cap. 31. Aug. in Psalm. 75. & serm. 1. de communi vita Cler. Chal. Synod. c. 16. 4. Epiph. hæresi. 50. & in comp. doct. Hier. 1. contra Iouin. & aduersus Vigilantium. Aug. 2. de adult. coniug. c. 20. Gre li. 3. ep. 34. Leo ep. 92. ad Rusticum, 3. Bern. serm. 65. in Can. Trid. sess. 24. can. 9. 5. 1. Tim. 5. b. 6. 6. decret. tit. 15. 7. Eccl. 3. a. ibid. & Deut. 23. d

Quodcunque voueris redde. *Tum alibi* 2. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Quin & Christus ipse docet: 3. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.

2. Psal. 75.
3. Luc. 9. g

V.

Cogit igitur ad Cœlibatum quosdam Ecclesia?

NON *cogit sanè pia prouidaq; mater, quæ legem cœlibatus nemini imponit; ab ijs verò qui legem eam, vti dictum est, vltrò receperunt, exigit, 4. ne soluant religionem, neque conuentionem quã cum Christo & eius Ecclesia sanctè inierunt, violent atq; rescindant.*

Meritò igitur vrgentur illi stare promissis, & seruare quod semel firmiter amplexi sunt, consilium Euangelicum: de quo Paulus: 5 Et qui matrimonio iungit: virginem suam: benefacit (*quamdiu scilicet voto cœlibatus 6. astricta non est*) & qui non iungit, melius facit: 7. *Et rursum* Bonum est homini mulierem non tangere. *Quocirca laudantur a 8. Christo & in Ecclesia semper apprimè laudati fuerunt*

4. Beda li. 3 d. t. bern. & vasis in c. 9 & in Luc. c. 1 Hier. in ep. 1. ad Titum & apol. pro lib. Iouin. Orig. homil. 23 in Num. Amb. epist. 82. & in offic cap. 5. & Bus. in d. nō. eu ing c. p. 9. Vide Can. dist. 28.
5. 1. Cor. 7. g
6. Theop. ibid. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum. Gregor. in cap. 15. lib. 1. Regum. Epiphan. hæresi. 61.
7. Ibidem a. 8. Math. 10. b

 Eunu

2.Eutuchi Euangelici; siue vt Tertullianus 3. vocat, spadones voluntarij, qui seipsos propter Dei regnum castrauerunt, vt sint sancti 4. & corpore & spiritu, Deo in carne sine carne militantes.

Vbi duplex error nobis est valdè cauendus; alter eorum, qui cum Iouiniano matrimonium sic extollunt, vt aut 5. aequent, 6. aut anteponant hunc statum caelibatui seu virginitati, cum Paulus 7. quidem & Patres omnes apertè reclament: alter eorũ qui fingunt continentiam & caelibatum ab hominibus Christianis vix posse praestari, ideoque nulli eum facilè suscipiendum, aut sanctè promittendum esse contendunt. Nec intelligunt isti, Euangelica gratia libertatem, quae tanta ac tanta per Christum tot seculis data est, & quotidie datur credentibus, 8. petentibus, quaerentibus, pulsantibus, vt hi iugum Domini suaue & continentia viam non minus sibi commodam quam salutarem experiantur. Inter quos erat & Paulus palam affirmans. Fidelis Deus est qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum. Quamobrem Augustinus 1. vbi locum illum Vouete & reddite Domino Deo vestro explicat,

2.Eph.36.& ibid. Hieron. Basil. lib. de virg. Aug. de sancta virg. ca.24. & 25.
3.Lib.1. ad vxorem.
4.1.Cor.7.b.
5.Hieron. in Iouinianum. Aug. haeres. 82.
6. Trid. sess. 24. can. 10.
7.1.Cor.7.b.
8.Aug.6.& 8.confess. ca. 2. Orig. Hieron. Chry. in Matth.5.19.
1.Cor.10.c.
1.August. in Psal.75.

ita scriptum reliquit; Non sitis pigri ad Veniendum. Non enim Viribus Vestris implebitis. Deficietis, si de Vobis prasumitis. Si autem de illo cui Vouetis, Vouete, securi reddetis. Et idem alibi 2. Felix necessitas quæ ad meliora compellit. 2.epist. 45.

VI.
Quæ est summaria doctrina superiorum?

QUæ pro instituta dicta sunt hactenus breuiter, eò sunt demum referenda, Vt habeant simplices assertionem Catholicam de septem Ecclesiæ Sacramentis. Quæ duplicis quidem esse generis inueniuntur, 3. Alia enim, Vt priora quinque, singularem Vniuscuiusque fidelis salutem promouent: alia Verò duo Videlicet posteriora, multiplicando Dei populo & Ecclesia propaganda deseruiunt. Vtrumque autem illud ex diuina, nobisque necessaria institutione efficiunt. 3.Conc.Flor.

Enimuerò Baptismus 4. ad spiritualem Vitam, quia in Christo est, regenerat. Confirmatio 5 res porrò ac robur addit regenerato. Eucharistia 1. cibus, potus ac Viaticum est peregrinanti. Pœnitentia 2. præsens aduersus omnes animi morbos phar- 4.Ioan. 3.b Tit.3.b 5.Actor. 8.b 1.Ioan.6.f 2.Ioan.20.f Ezech.48.g

macum, lapsum hominem erigit, curatq; vulneratum. Succedit extrema, 3. Vnctio, quæ in postrema cum morte lucta munit atq; consolatur emigrantem. Ordo deinde 4. ministros præbet Ecclesiæ, qui sacris præsint ac superiora omnia rite procurent, dispensent, conseruent & applicent. Denique Matrimonium, 5. Christianam gentem propagat, & humanæ prouidet incontinentiæ.

3. Iacob. 5. d

4 Tit. 1. b
1. Cor. 4. a

5. Eph. 5. f. g
1. Cor. 7. 2

Vbi etiam istud discrimen retinendum est, quod Baptismus, Confirmatio & Ordo semel collata nunquam 6. iterentur. Baptismus item necessario suscipitur 7. ab omnibus, Eucharistia 8. a ratione vtentibus: & a relapsis 9. Pœnitentia. At est arbitrarium vti reliquis, modo nullum contemnas aut neglegas in tempore.

6. Conc. Flo. Trid. sess. 7. cap. 9. de Sacram. Aug. 2. cont. epistol. Parm. c. 13.
7. Ioan. 3. b
9. Apoc. 2. b
10. Luc. 10. f
1. Cor. 4. a
Ioan. 10. c

Hæc sunt igitur antidota, diuinaq; remedia quæ misericordia plenus ille 10. Samaritanus instituit, & Ecclesiæ præpositis dispensanda concredidit, nimirum ad probe curandos ægros, id est, peccatores omnes in Ecclesia, quoad illi, si velint, veram perfectamq; sanitatem adipiscantur. Quæ quidem remedia rite cognoscere, salubriter accipere, atq; fideliter etiam alijs applicare, non artis profecto humanæ, sed Christianæ

est

ſt ſapientia. De qua cum ſatis dictum ſit inſtituto quemadmodum præſentis inſtituti ratio tulit, reliquum eſt Vt Chriſto luce ad alteram huius operis partem, quæ Chriſtianam iuſtitiam continet, porrò tranſeamus.

Eccleſiaſtici IV.

SAPIENTIA filijs ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe: & præibit in via IVSTITIAE; & qui illam diligit, diligit vitam.

DE IVSTITIA CHRISTIANA.

I.

Quænam pertinent ad Iuſtitiam Chriſtianam?

SVmmatim duo, quæ his Verbis continentur: 1. Declina à malo, & fac bonum; *ſicut Eſaias docet*, 2. Quieſcite agere peruerſe, & diſcite benefacere. *Hoc eſt, quod Paulus* 3. *monet, Veterem cum actibus ſuis exuendum, & nouum hominem in iuſtitia & ſanctitate Veritatis induendum eſſe. Prius eſt in cognoſcendis fugiendisque peccatis poſitum, quoniam ea ipſa maxima ſunt mala mortalibus; poſterius*

Chryſ. in Pſ. 5. Proſp. ſent. 98 ex Aug. in Pſa. 37. c Pſal. 33 c. 2. Eſa. 1 c. 3. Col. 3 b. Ephe. 4. c.

in prole est, nec tantũ pudicitia cuius vinculum est fides, verum etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Unde dicit Apostolus: 1. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. *Et 2. rursus: In nuptijs plus valet sanctitas Sacramenti quam fœcunditas ventris.* 1. Ephes. 5. f 2. Aug. libro de bono coniugali c. 18.

III.

An dirimi vnquam potest Matrimonium?

M*atrimonium dirimi non posse, sed illius nexum indissolubilem esse, primi hominis verba illa demonstrant,* 3 Relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. *Quam rem Christus 4 quoque confirmauit, cum Adæ verba veluti diuina repeteret, illud etiam adiungens:* Quos Deus coniunxit, homo non separet. *Atque alibi docet: 5.* Omnis qui dimiserit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. *Hanc porrò Dei legem & inuiolabilem ordinationem de perpetua coniugalis nexus firmitate Paulus 6. illustrans:* His, *ait,* qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro 3. Gen. 2. d 4. Matt. 19. a Marc. 10. b Orig. homil. 7. in Matth. 5. Luc. 16. d Marc. 10. b Rom. 7. a Can. Apost. 48. 6. 1. Cor. 7. b Aug. de adul. coniug. lib. 2. ca. 5. Concil. Mileu. c. 17.

niam, t. ne videlicet viro plures nubant, aut vna pluribus detur maritis, penitus excludit. Quare Christus, vt Matrimoniū & certius confirmaret, & ad propriorē primæuumq; illum statum reuocaret, significanter dixit: Erunt duo in carne vna. Et rursum: Iam non sunt duo, sed vna caro.

1. Isidor. lib. 2. de offi. Eccles. cap. 19. Trident. sess. 24. can.

Gen. 2. d Matth. 19. a Marc. 10. b

IV.

Estne permissum omnibus Matrimonium?

Minimè. Tradiderunt enim sancti Apostoli, vt Epiphanius inquit, peccatum esse post decretam votoque firmatam virginitatem ad nuptias conuerti. Idq; tale ac tantum esse peccatum asserit Hieronymus, 3. vt dicat, Virgines quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteras, quā incestas esse. Et Augustinus 4. ait Virgo, quæ si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupserit; Christi adultera reputabitur. Respexit enim retro de loco, quo accesserat.

Proinde quod Apostolus habet, 5. Melius est nubere quàm vri, prout ambrosius disertè pronuntiat, ad non pollicitam, id nondum velatam pertinet. Cæterùm

2. Epiph. hæresi 61. cōtra Apostolos. 3. Hier. cōtra Iouin. Basil. de virginitate epist. 185. 4. in Psa. 85. Vide eundē in Psal. 75. & de bono viduit. c. 8. 6. & 11. Oecum. in 1. Corinth. 7 Cypr. li. 1. epist. 11. 5. 1. Cor. 7. b 6. Libro ad virginem lapsam. cap. 5 Hier. l. b. 1. in Iouin. Aug. b, 1. de adult. coniug c. 15. &c 8. de bono viduitati. Oecum in 1. Cor. 7. Isidor. lib. 3. de offic. Eccles. cap. 17.

quæ se spopondit Deo, & sanctum velamen accepit, iam nupsit, iam immortali nupta est viro: & si iam voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambrosius. Vnde semper laudatum fuit 1. Iouiniani Imperatoris rescriptum, & à Iustiniano Imperatore in Codicem relatum, 2. quod sic habet: Si quis non dicam rapere, sed attentare tantum iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.

Iam 3. de Monachis, & 4. sacris ordinibus initiatis eadem ratio, idem iudicium est prorsus; damnationem enim habent, si laxatis libidini habenis, primam fidem Deo & Ecclesiæ datam fefellerint, seu, vt Apostolus 5. loquitur, irritam fecerint. Qui vltrò se abdicarunt coniugio, dum seruandum perpetuo cœlibatum, aut voto expressè nuncupato firmarunt, aut sacrorum Ordinum, susceptione saltem tacitè 6. comprobarunt, atque testati sunt.

Audiant igitur verbum Dei: 7. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Quod

1. Soz. lib. 6. hist. cap. 3. & Niceph. lib. 10. cap. 39. 2. L. Si quis C. de sacr. Episc. & Cle. 3. Basil. q. 14. diff. expl. Itē serm. 4. exercitamentorū pietatis. Cōstitutionum exercitatoriarum cap. 21. epist. 183. & 184. Chrys. epi. 6. ad Theolorū lapsū Leo ep. 92. cap. 31. Aug. in Psalm. 75. & serm. 1. de communi vita Cler. Chal. Synod. c. 16. 4. Epiph. hæresi. 50. & in comp. doct. Hier. 1. contra Iouia. & aduersus Vigilantium. Aug. 2. de adult. coniug. c. 20. Gre li. 3. ep. 34. Leo ep. 92. ad Rusticum, 3. Bern. serm. 65. in Can. Trid. sess. 24. an. 9. 5. 1. Tim. 5. b. 6. 6. decret. tit. 15. 7. Eccl. 5. a. ibid. & Deut. 23.

Quodcunque voueris redde. *Tum alibi* 2. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Quin & Christus ipse docet: 3. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.

2. Psal. 75.
3. Luc. 9. g

V.

Cogit igitur ad Cœlibatum quosdam Ecclesia?

NON *cogit sanè pia prouidaq; mater, quæ legem cœlibatus nemini imponit: ab iis verò qui legem eam, vti dictum est, vltrò receperunt, exigit, 4. ne soluant religionem, neque conuentionem quam cum Christo & eius Ecclesia sanctè inierunt, violent atq; rescindant.*

Meritò igitur vrgentur illi stare promissis, & seruare quod semel firmiter amplexi sunt, consilium Euangelicum: de quo Paulus: 5 Et qui matrimonio iungit: virginem suam: benefacit (*quamdiu scilicet voto cœlibatus 6. astricta non est*) & qui non iungit, melius facit: 7. *Et rursum* Bonum est homini mulierem non tangere. *Quocirca laudantur a 8. Christo & in Ecclesia semper apprimè laudati fuerunt*

4. Bel. [illegible] d. [illegible] bern. & v[illegible]is [illegible] c. 9 & [illegible] Luc. c. 1 Hier. [illegible] ad Titum & apol. pro lib. Iouin. Orig. homil. 23 in Num. Ambr. epist. 82. & [illegible] offic. cap. 5. a Eus. [illegible] nō. [illegible] cap. 9. Vide Can. dist. 28.
5. 1. Cor. 7. g
6. Theop. ibid. Hieron. lib. 1. contra

[illegible] Iouinian. Gregor. in cap. 15. lib. 1. Regum. Epiphan. hæresi. [illegible]
7. ibidem a. 8. Matth. 10. b

ita scriptum reliquit; Non sitis pigri ad venendum, Non enim viribus vestris implebitis. Deficietis, si de vobis præsumitis, Si autem de illo cui vouetis, vouete, securi reddetis. Et idem alibi: 2. Felix necessitas quæ ad meliora compellit. 2. epist. 45.

VI.
Quæ est summaria doctrina superiorum?

QVæ pro instituta dicta sunt hactenus breuitate, eò sunt demum referenda, vt habeant simplices assertionem Catholicam de septem Ecclesiæ Sacramentis. Quæ duplicis quidem esse generis inueniuntur, 3. alia enim, vt priora quinque, singularem vniuscuiusque fidelis salutem promouent: alia verò duo videlicet posteriora, multiplicando Dei populo & Ecclesiæ propaganda deseruiunt. Vtrumque autem illud ex diuina, nobisque necessaria institutione efficiunt. 3. Con. Flor.

Enimuerò Baptismus 4. ad spiritualem vitam, quæ in Christo est, regenerat. Confirmatio 5 vires porrò ac robur addit regenerato. Eucharistia 1. cibus, potus ac viaticum est peregrinanti. Pœnitentia 2. præsens aduersus omnes animi morbos phar- 4. Ioan. 3. b Tit. 3. b 5. Actor. 8. b 1. Ioan. 6. f 2. Ioan. 20. f Ezech. 4 8. g

macum, lapsum hominem erigit, curatq; vulneratum. Succedit extrema, 3. Unctio,
3.Iacob.5.d *quæ in postrema cum morte lucta munit atq; consolatur emigrantem. Ordo deinde*
4 Tit.1.b
1.Cor.4.a *4. ministros præbet Ecclesiæ, qui sacris præsint ac super ista omnia ritè procurent, dispensent, conseruent & applicent. Denique*
5.Eph.5.f.g
1.Cor.7.2 *Matrimonium, 5. Christianam gentem propagat, & humanæ prouidet incontinentiæ.*

Vbi etiam istud discrimen retinendum est, quod Baptismus, Confirmatio & Ordo semel collata nunquam 6. iterentur. Baptismus item necessario suscipitur 7. ab
6.Conc.Flo. *omnibus, Eucharistia 8. a ratione vtentibus:*
Trid.sess.7. *& à relapsis 9. Pœnitentia. At est ar-*
cap.9. de Sacram. Aug.2. *bitrarium vti reliquis, modo nullum con-*
con.epistol. Parm. c.13. *temnas aut negligas in tempore.*
7.Ioan.3.b *Hæc sunt igitur antidota, diuinaq; re-*
9. Apoc.2.b *media quæ misericordia plenus ille 10. Sa-*
10.Luc.10.f
1.Cor.4.a *maritanus instituit, & Ecclesiæ præpositis*
Ioan.10.c *dispensanda concredidit, nimirum ad probe curandos ægros, id est, peccatores omnes in Ecclesia, quoad illi, si velint, veram perfectamq; sanitatem adipiscantur. Quæ quidem remedia ritè cognoscere, salubriter accipere, atq; fideliter etiam alijs applicare, non artis profectò humanæ, sed Christianæ*

est

ri sapientia. De qua cum satis dictum sit hactenus, quemadmodum præsentis instituti ratio tulit, reliquum est ut Christo duce ad alteram huius operis partem, quæ Christianam iustitiam continet, porrò transeamus.

Ecclesiastici IV.

SAPIENTIA filijs suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se: & præibit in via IVSTITIAE; & qui illam diligit, diligit vitam.

DE IVSTITIA CHRISTIANA.

I.

Quænam pertinent ad Iustitiam Christianam?

S*Ummatim duo, quæ his verbis continentur;* 1. Declina à malo, & fac bonum; *sicut Esaias docet,* 2. Quiescite agere peruerse, & discite benefacere. *Hoc est, quod Paulus* 3. *monet, veterem cum actibus suis exuendum, & nouum hominem in iustitia & sanctitate veritatis induendum esse. Prius est in cognoscendis fugiendisque peccatis positum, quoniam ea ipsa maxima sunt mala mortalibus; posterius*

Chryf. in Ps. 5. Prosp. sent. 98 ex Aug. 1 Psa. 37. c Psal. 33 c 2. Esa. 1 c 3 Col. 3 b Ephes. 4. c

4. per vnum hominem, *inquit*, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. *Et rursus ad baptizatos loquens, ut vim Christiani baptismi ad hoc quoque peccatum expiandum porrigi ostenderet, apertè testatur*: 5. Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. 4. Rom. 5. 5. 1. Cor. 6. e

Mortale verò, est peccatum (vt vocant) actuale, quod vitam spiritualem eripit, ac mortem adfert animæ peccantis: quæ mors & à Deo Deiq; regno separat, & supplicio æterno dignum facit. Vnde scriptum est: 1. Stipendia peccati mors. 2. Iniustitia mortis est acquisitio. Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam. 1. Rom. 6. d 2. S. p. 1. d

Demum veniale peccatum est actuale quidem, sed quod Dei inimicum hominem non efficit, cuiusque à Deo venia à fidelibus facilè impetratur. De hoc Ioannes dixit: 3. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. *Nam & Iacobus apertè fatetur.* In multis offendimus omnes, *Et si Sapienti credimus* 5. Septies cadit iustus in die & resurgit. 3. 1. Ioan. 1. d 4. Iacob. 3. a 5. Pr. 24. b Eccles. 7. c

Iam verò peccatum vnum altero esse grauius constat, & quidem grauiori pœnam maiorem deberi, non solum humanæ, sed etiam diuinæ est iustitiæ cõsentaneum. Proinde Christus inter culpam pœnamq; scienter ac ignoranter peccantis ita distinxit; 6. Ille seruus, *inquit*, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis: qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. *Alibi verò idem de peccato iræ eiusq; gradibus loquens, hanc tulit sententiam;* 1. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio; qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. *Vbi per gradus culpæ crescit ordo sententiæ, vt Gregorij 2. verbis vtamur, dum ira sine voce, iudicio; ira in voce Concilio, vbi causa sententia definitur; ira verò in voce atq; sermone, gehennæ ignibus mancipatur.*

6. Lucæ 12. f
1. Matt. 5. c
2. Greg. 21. mor. l. c. p. 5. Chryf. in. 5 cap. Matth.

IV.

Quare peccatum est fugiendum?

PRimum quia Deus nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi, *sed 3. odit omnes qui operantur*

Eccles. 15. d
3. Psal. 5. a

tantur iniquitatem, ut aperte Scriptura testatur. Nec est quicquam Deo magis inuisum ac exosum, qui 4. diligit aliquin omnia, quæ sunt, & præter peccatum nihil odio atque supplicio persequitur, illudque nec in cælo, nec in terra sinit impunitum abire. 4.Sap.1.d

Deinde peccatum, ne parum execrandum videatur, Christo Domino, qui alioquin peccatum non fecit, causam præbuit subeundæ crucis & acerbissimæ mortis perferendæ. Etenim 1. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum: 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. *Ac propterea quidem lauit 3. nos à peccatis nostris in sanguine suo, ut quotquot cum ipso per baptismum 4. in mortem consepeliuntur, hi peccatis 5. mortui, iustitiæ viuant, ac in 6. nouitate vitæ per ipsius gratiam ambulent continenter. Cæterum qui post acceptam in Baptismo Christi gratiam, iterum voluntariè peccant, in Christum peccant, Christum persequuntur, Christum denuò crucifigũt, quos Christo iusto iudici pœnas maiores quàm* 1.Esai.53.b 2.1.Ioan.2.a 3.Apoc.1.b 4 Rom.6.a 5.1.Pet.2.d 6.Rom.6.a

sceleratos Ethnicos, dare oportebit. Sic enim
v. Hebr. 11. c *Paulus docet:* 7. Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam exspectatio iudicij. *De quibus & Apostolus Petrus dixit;*
8. 1. Pet. 2. 8. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti, ab eo quod illis traditum est sancto mandato. *Quare qui stat, vi-*
1. 1. Cor. 10. c *deat* 1. *ne cadat: nam cadendo posteriora*
2. Tob. 12. c *prioribus deteriora fiunt, Praterea* 2. qui faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ, *si Raphaeli credi-*
3. Sap. 16. b *mus.* Nam homo 3. per malitiam occidit
4. Ezec. 18. a animam suam. Anima 4. quæ peccauerit, ipsa morietur. *Nihil autem ea morte infelicius, qua homo à Sanctorum omnium consortio, ab Angelorum & cælitum gaudio, atque ab ipso deniq; summo & æterno bono, in cuius cognitione ac fruitione sanè omnis salus & perfecta hominis beatitudo consistit, in æternum separatur.*

Ad hæc ea peccati natura est atq; malignitas, vt non solum à Deo Deiq; gratia
Ezech. 18, 2. 5 *& gloria homines etiam* 5. *iustos abducat sed præterea summis æternisq; malis cum corporis tum animæ subijcit: nec solùm in hac,*

hac, sed etiam in futura vita infelicissimos reddit, vt in potestatem dæmonum redacti supplicijs grauissimis & malis omnibus perpetuò addicatur, Hinc notanda sunt in Scripturis sacris, quæ passim de reprehensis ac punitis peccatoribus exempla proferun-
tur, vt de 6 Cain, 7. Pharaone, 8. Nabu- 6. Gen. 4. b
chodonosor, 9 Sodomitis, 10. Ægyptijs, 11. 7. Exo. 14. g
Israelitis, & cæteris quorum scelera iustus 8. Dan. 4. f
Deus miris acerrimis modis est persequu- 9. Gen. 19. e
tus. Obseruanda quoq; sententia, quæ pec- Ezech 16. f
catorum pestes fugiendas & execrandas 10. Exo. 8. 9.
docent. Vt 1 Qui facit peccatum, seruus 1. Ioan. 8. d
est peccati. Odio 2 sunt Deo impius & im- 2. Sap. 14. b
pietas eius 3. Miseros facit populos pec- 3. Prou. 14. d
catum Quasi à 4. facie colubri fuge pec- 4. Eccl. 21. a
cata 5 Non Deus volens iniquitatem tu 5. Psal. 5. a
es, neq; habitabit iuxta te malignus, neq;
permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Qui 6 in vno peccauerit, multa bona 6. Eccl. 9. d
perdet. 7. Omnibus diebus vitæ tuæ in 7. Tob. 4. a
mente habeto Deum & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. *Hæc eo spectant, vt æquissimum peccatorum vindicem Deum homo cognoscat, cognoscendo timeat, timendo caueat saluti suæ & cauendo pœnas euadat horribiles peccatorũ.* 8. *Multa enim* 8. Psal. 31. a
flagella peccatoris.

Quæ

V.

Quæ via ad peccati foueam ducit?

9. Aug. lib. 1 de serm. Domini in monte cap. 23. & li. 12. de Trinit. c. 21. Item Greg. homil. 26. in euang.

TRibus præcipuè gradibus 9. ad peccatum peruenitur; Suggestione delectatione consensu.

Suggestione quidem hostis, dum nobis praua ingeritur cogitatio, siue tentatio à mundo, carne, vel Sathana, delectatione autem nostra dum animo iam primum adlubescit, quod praua suggessit tentatio; demum & proprio consensu, dum in peccatum ipsum voluntas allecta consentit deliberatè; Ex quo sanè consensu peccatum iam 1. consummatur, vt hominem non modo immundum iniquumq; faciat, & spiritualiter occidat; verum etiam coram Deo gehennæ obnoxium reddat, etiam si non semper opere perpetretur. Vnde non temerè dictum est illud; 2. in suggestione semen, in delectatione nutrimentum, in consensu perfectionem inesse peccati.

1 Iacob. 1. b Beda, ibidē.

2 Gregor. ad inte. 1. Augustini.

Quod si exactius consideremus, qui soleant gradus esse peccati, inprimis oritur ex 3. suggestione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio, ex desperatione peccati defensio

3. Ex Gregorii Magni moralium lib. 4. cap. 27.

ex peccati defensione gloriatio, ex gloriatio ne damnatio. Hæc est demum longa illa & horrenda peccatorum cathena: hi funes atque compedes, quibus adstrictum hominē Sathanas nunc in omne genus malorum, ac tandem in tartaream abyssum præcipitat infelicissimè. Atque idcirco plurimum refert peccatorum gradus eiusmodi atque propagines, ne fallamur, atq; periclitemur, studiosè discernere & obseruare.

VI.

Quomodo peccata facilè deuitantur?

PRimùm quidem, si qua peccatis mala & pericula succedant, prouideamus; deinde si illorum initijs prauisq; suggestionibus, quibus ad peccandum facilè sollicitamur, statim occurramus atq; repugnemus fortiter; postremò, si Virtutes peccatis contrarias exercitare nitamur, Christo in his omnibus auxiliante.

Monet igitur Ecclesiasticus 1. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet in te gaudium inimicis tuis. *Vnde diuinum etiam oraculum pronunciat; 2* Nonne si bene egeris, recipies; sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appeti-

1. Eccle.18.d
2. Gen.4.a

petitus eius, & tu dominaberis illius. *Atque hic locum habet armatura 3. spiritualis qua vult Paulus Christi milites aduersus peccatum & insidias omnes Diaboli esse munitos, vt peccato repugnare, in die malo resistere, & omnia tela nequissimi extinguere possint.*

3. Eph. 6 b c Hebr. 12. c

DE SEPTEM PECCATIS CAPITALIBVS.

I.

Quæ sunt peccata præcipuè animaduertenda?

E*A nimirum, quæ dicuntur capitalia quod sint velut fontes vel capita reliquorum, & è quibus velut e corrupta radice, pestiferi planè fructus nascuntur, & longa quasi stirpe omnis generis vitia, turpitudines, scandala, damna, corruptela, ac pestes humani generis descendunt, & vt magna profluunt.*

II.

Quot sunt peccata eiusmodi Capitalia?

De his Greg. lib. 31. Moral. cap. 31.

S*Eptem quæ sic numerantur, Superbia, Auaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira,*

Acc.

Acedia. Sed vt hæc maximo semper odio prosequenda fugiendaque sic virtutes septem quæ peccatis illis opponuntur, summo quidem studio & amore, si vitam animæ quærimus, sint consectanda. Superbiæ contraria est Humilitas, Auaritiæ Liberalitas, Luxuriæ castitas: cum Inuidia pugnat Charitas, Gulæ opponitur Abstinentia i, Iræ Patientia, Demum Acediæ deuotio, seu pia sedulitas, sedulaq; pietas aduersatur.

Cassian. lib. 5. & s. qq. Item colla. 5.

III.

Quid est superbia, & quas gignit filias?

SVperbia 1. *est inordinatus appetitus excellentiæ, siue intus lateat in animo, siue extrinsecus etiam sese prodat.*

Hæc etsi vitiorum quidem omnium mater, princeps 2. ac regina est: præcipue tamen infelicem hanc sobolem gignit, inobedientiam, iactantiam, hypocrysim, contentionem, pertinaciam, discordiam, curiositatem.

Vt autem delictum hoc maximum caueatur, Tobias in hunc modum admonet: 3. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas; in ipsa enim 4. initiũ sumpsit omnis perditio.

1. Vide Chrys. hom. 41. 43. ad pop. Antioch. Bern. de grad. hum. ! t. Prosp. ad Demet. Isider. de summo bono lib. 2. cap. 38.
2. Greg. li. 31. moral. ca. 31. Prosp. lib. 3. de vita contemp. cap. 3.
3. Tob. 4. c
4. Eccl. 10. b

Hinc

5. Iacob. 4.b 1. Pet. 5.b Eccles. 10.a Ibidem c. *Hinc Apostolica illa doctrina*; 5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam *Imo si Ecclesiastico credimus*: Odibilis est coram Deo & hominibus superbia. Radices gentium superbarũ arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Quid ergo superbis terra & cinis?

Ibidem b

IV.

Quid est Auaritia, & quarum filiarum mater?

1. Conf. Basil. in orat. de auar. Prosp. li. 3. de vita contempl. cap. 4. Isido. de summo bono l. 2 cap. 14. Aug. li. 3. de libero arbitrio c. 17. & serm. 106. de temp. 2. Greg. l. 31. moral. c. 31. 3. Ephes. 5.b 4. 1. Timot. 6. b

AVaritia 1. *est habendi appetitus inordinatus. Auarus enim recte iudicatur, non solum, qui rapit, sed etiam qui concupiscit aliena, vel cupide seruat sua.*

Filiæ 2. sunt huius pessimæ matris. Proditio, fraus, fallacia, periuriũ, inquietudo violentia, immisericordia, seu inhumanitas, & cordis durities. Damnat hoc vitium Apostolus, 3. *Vt idolorum seruitutem dixerit; nec eo contentus, ita scribit*; 4. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum: & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. *Et alibi scriptũ habemus* 5. Auaro nihil est scelestius. *Item*: Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic

5. Eccl. 10.b Ibidem.

enim

enim & animam suam venalem habet *Et Christus ipse testatur 6.* Non potestis Deo seruire & Mammonæ. *Et iterum:* Nolite solliciti esse in crastinum. *Quod Paulus etiam explicatius reddens, ita monet 7.* Sint mores sine auaritia contenti præsentibus. Ipse enim dixit, non te deseram neque derelinquam; ita vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor 1. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.

6. Matt. 6. c. Ibidem.

7 Hebr. 13. a

1. 1. Tim. 6. b

V.

Quid est Luxuria, qualemque sobolem gignit?

L*Vxuria 2. est appetitus inordinatus impura & libidinosa voluptatis. Gignit 3. autem ex se mentis cæcitatem, inconsiderationem, incõstantiam, præcipitationem, amorem sui, odium Dei, desiderium huius vitæ nimium, mortis futuriq; iudicij horrorem, ac fœlicitatis æternæ desperationẽ.*

2. Videatur Prosp. de vita contem. l. lib. 3. cap. 6. Isido. de summo bono li. 2. ca. 39. 1

3. Gregor. vt supra.

Aduersus hoc peccatum, quod sapientes amentes, & homines pene pecudes facit, ita Paulus: 4 Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. *Quãobrem & alibi in hunc modum scribit:* Forni-

4. 1. Cor. 6. I

5.Ephef.5.a 5. Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. *Ac mirum est sane, ingenti pudore non affici Christianos, qui coram Deo & angelis e... fœda se libidine polluūt: cum corpora membraque sua Spiritui sancto, & Christo Domino veluti tēpla pura in baptismate consecrarint. Hinc iterum Paulus;* An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quē habetis à Deo, & non estis vestri? *Item rursus;* Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollēs ergo membra Christi, faciam membra meretricis? *Ac demum ita concludit.* 2. Empti estis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. 3 Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.

1.Cor.6.I

Ibidem.

2.Ibidem.
3.Hebr.13.a
4.De hoc peccato scribit Cypr. ser. de zelo & liuore Basil. in orat. de inuidia. Chryf. ad po pu. hom. 44. & seqq. Prosp. lib. 3. de vita cont. c. 9 Isido. de summo bono lib. 3. cap. 25.

VI.

Quid est Inuidia, & quas procreat filias?

INuidia 4. *est tristitia de bono alterius & odium alienæ felicitatis respectu superiorum, quia eis non æquatur, & respectu inferiorum, ne sibi æquentur: & respectu parium, quia sibi æquantur, vt Augustinus*

[illegible]inus 5. inquit: Filias 6. verò procreat, o-dium, susurrationem, detractionem, in adversis aliorum rebus exultationem, in prosperis afflictionem.

Certe Cain. 7. Abel germano fratri, & Saul. 8. Dauid destinato regi generoóq; suo legitur inuidisse: Hoc execrandum crimen, præterquam quod ab omni est charitate & humanitate remotum, homines etiam dæmonibus persimiles reddit: 1. Inuidia enim Diaboli mors introiuit in orbem terrarum; imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Rectè igitur Apostolus monet: 2. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

5. August. li. 11. de Genes. ad lit. ca. 14. Pr [illegible] sper. sent. 192.
6. Gregor. vt supra.
7. Gen. 4. a
8. 1. Reg. 2.
1. Sap. 2. c.
2. Gal. 5. d

VII.

Quid est Gula, & quænam illius filiæ?

GVla est cibi, ac potus appetitus inordinatus. 3. Filias habet ineptam lætitiam, multiloquium, scurrilitatem, spurcitiem, sensuum & intellectus hebetudinem.

Quid verò fœdius, quam 4. hominem à beluis naturali quadam frugalitate cõtentis superari, dum ventris, crapulæ & temolentiæ quasi mancipium agit, dum bona dissipat, valetudinem lædit, morbos accersit, ac vitam demum ipsam abrumpit

3. Gregor. vt supra.
4. Legatur Basil. in orat. contra ebriosos. Chrys. in ser. contra luxum & crapulam. Isid. lib. 2. de summo bono c. 42. & 43. Amb. de Helia & ieiu. c. 12. & seqq.

pit eripit q; sibi? Nam vere dictum est illud
5. Propter crapulam multi obierunt, qui
5. Eccl. 63. autem abstinens est, adijciet vitam *Item*
6. In multis escis erit infirmitas. *Iubet er-*
6. Ibidem. *go Christus.* 7. Attendite vobis ne for-
7. Luc. 21. g vide Burch. lib. 14. decretorum. grauetur corda vestra in crapula & ebrie-
tate. *Caeterum ab ebrietate nos reuocat*
Paulus, Nolite, 8 *ait*, inebriari vino: in
8. Ephes. 5. d quo est luxuria, *Ebriosi regnum Dei non*
1. 1. Cor. 6. b *possidebunt. Vt idcirco tam grauiter inter-*
minetur quoq; Propheta potatoribus: 2. Vae
2. Esai. 5. e qui potentes estis ad bibendum vinum
& viri fortes ad miscendam ebrietatem.

VIII.

Quid est ira, & quae soboles ex illa nascitur?

IRa *est immoderata cupiditas puniendi*
3. Gregor. vt supra. *eius, a quo laesum se quis arbitratur*, 3
Nascuntur ex illa detestandae filiae, rixae,
tumor mentis, contumeliae, clamor, indi-
gnatio, atq; blasphemia.

4. Lege Bas. in orat contra iras. Chrys. ad pop. hom. 29. & seq. *Est 4. hoc animi vitium perniciosum*
omnem iudicij prudentiaeque vigorem, &
animi saepeque corporis sanitatem labefa-
ctans. Quare monuit Ecclesiasticus, 5. Noli
5. Eccles. 7. b sis velox ad irascendum: quia ira in sinu
stulti requiescit. *Et gentium auctor prae-*
6. Ephes. 4. g Coloss. 3. b *pit*: 6. Omnis amaritudo, & ira, & indi-
gnati-

gnatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. *Ceterùm aduersus iracundos, contentiosos, contumeliosos tam lata est Christi sententia, valdeq́; metuenda illa. 7.* Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio: Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. 7. Matt. 5. c Vide Chryſ. 12. Mat. h.

IX.

Quid est Accedia, & quas gignit filias?

Accedia est remissi animi languor ad benè operandum: præsertim verò tristitia est de re spirituali. 1. Quæ has gignit filias, malitiam, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa præcepta necessaria, mentisque circa res illicitas vagationem. Bern. serm. 3. & 6. de ascensione D. mini Gregor. 3. part. curæ past. admonitione 6. 1. Gregor. 31. mor. cap. 31.

Huic peccato sunt obnoxij homines 2. otiosi, inertes, & quos 3. tepidos scriptura vocat, ac omnes demum, qui temporis hac [illegible] ... atia denique salutis rebus ac studijs vanis transigunt. Finis autem huius peccati est, quem docet in Euangelio Christus. 2. Matt. 20. a Matth. 22. a 3. Apoc. 3. e 4. Matt. 7. c

4. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.

Tum alibi: 5. Inutilem seruum eijcite i tenebras exteriores. *Neq; tacuit ille, qui interim à nobis, ne torpeamus, fieri volu.* 6 Videte, *inquiens*, vigilate & orate: nescit enim quādo tempus sit 7: Cōtendite in
6. Marc. 13. trare per angustā portā, quia multi, dic vobis, quærent intrare, & non poterun
7. Luc. 13. e *Hac summatim perstrinximus, vt qui iu stitia vtas sunt minus edocti, præcipuos hu mani generis morbos, atq; execrandas p stes, quas ostendimus, nō solum cognoscan & obseruent, sed etiam ex præscripto diu na legis, à se a ijsq; depellere, & penitus a cere conentur.* Beatus verò, vir 1. qui no
1. Psal. 1. abijt in consilio impiorum, & in via pe catorum non stetit, & in cathedra pesti lentiæ non sedit. *Quemadmodum Psal tes canit Regius, vt primā iustitia ac bea titudinis partem cantico suo primo demon stret.*

DE PECCATIS ALIENIS.

I.

Quæ peccata dicuntur aliena?

E*A, quæ licet aliorum manibus oper perficiantur, & interim nobis tam merito imputantur, nostrasq; conscient* ... *dan*

damnationis coram Deo reus constituunt. Quamobrem de his accipi, potest, quod scripturæ imperat; 2 Ne comunicaueris peccatis alienis. *Et quod orat Propheta regius* 3 ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. *Eodē refert Basilius* 1. *Magnus; quod Ephesiis scriptum est Paulo:* 2 Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. *Tum illud eiusdē apostoli,* 3. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante in ordinatè, & non secundū traditionem, quam acceperunt à nobis.

2.1.Tim 5.d
3.Psal.8.c
1 libro, 2.de Baptis.q.9
2.1.Ephes.5.a
3.2.Thes.3.b

II.

Quot numerantur eiusmodi aliena peccata?

NOuem, sicut nouem ferè modis committuntur, Vt pote consilio, iussione, consensu, Irritatione, Laudatione, seu Adulatione, Reticentia culpa aliena, Conniuentia, vel indulgentia, Participatione criminis, ac praua defensione.

III.

Quando peccatum alienum consilio perpetratur?

CVm mali scilicet consilij, quod alij sequuntur vel sequi possent, ipsi sumus auctores & administri. Exemplo sit Caiphas,

4. Ioan. 11. f *phas, 4. qui consilio suo Senatum Iuda-*
eum in mortem Christi concitauit atque
permouit. Contra verò laudatur Ioseph
Arimathaa, & vir bonus iustusque dicitu
5. quia non consenserat consilio & actib
5. Luc. 23. f *eorum, Pontificum scilicet & Pharisaeoru*
in 1. Christi necem impiè conspirantiu
eiusdem classis fuit Demetrius 2 ille, q
1. Ioan. 11. g *cũ aliijs opificibus, vt suo studeret quaestu*
Math. 26. a *totam pene Vrbem Ephesiorum aduer s*
2. Actor. 19. *Paulum Pauliq; doctrinam ingenti sed*
tione compleuit Impegit hic etiam infam
Mat. 6. c *Herodias, qua Rex Herodes per adulteri*
Math. 14. a *faedè abutebatur. Nam illius consilio &*
suasu instructa saltatrix filia, quod crude
liter appetiuit sanctissimi Ioannis obtrun
catum caput, nefariè impetrauit.

IV.

Quando iussio est peccatum alienum

CVm ex decreto, mandato, impe: iou
nostro redit ad proximum iniuria v
malum quodcunque perpetratur. Sic D
3. 2. Reg. 11. c *uid Rex innocentem occidit 3. Vrium no*
suis quidem, aut seruorum manibus, se
per literas hoc agens atque demandans, v
4. Ioan. 19. c *in praelio ille occideretur. Et praeses 4. Pil*
Lucae 23. d *tus mortis Christi reus est, quod illum*
Iudaeorum gratiam cruci affigendum, e

ius

nitus quodammodo, auctoritate sua ad-dicauit ac tradidit. ita summo se crimi-ne 5. Pharao & Herodes obligarunt, cum legem tyrannicam de occidendis Hebrao-rum infantibus ferrent. Væ autem illis qui condunt leges iniquas. 5. Exo 1. 1. Matth. 2. c. Esai. 10. a.

V.

Consensus quando alieni peccati nos reos facit?

Cum 1. quod ab aliis fit nequiter, à nobis quasi suffragium accipit, & saltem tacite 2. approbatur. ita peccauit Saulus in Stephani Protomartyris necem 4. consen-tiens. Peccarunt & viri ex Iudæis plures quadraginta 5. qui facta etiam voti nun-cupatione in Pauli necem armarunt sese. Peccauerunt demum & ciues 6. Hieroso-lymitani, suis Magistratibus, quo Christus perderetur, suffragantes, vt idcirco Petrus his exprobans dixerit 7. Autorem vitæ in-terfecistis. *Notanda est igitur Pauli sen-tentia.* 8. Nō solū qui faciunt mala, sed e-tiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. *Et huc referri potest, quod a-pud Cyprianū legimus.* 9. *Non est immunis à scelere, qui, vt faceret, impetrauit: nec exsors est à crimine, cuius consensu, licet non admissum crimen, tamen publicè legi-*

2. August. in Psalm. 50. à fin.
3. Iren. lib. 4. cap. 46.
4. Act. 7. g
5. Act. 23. c
6. Mat. 27. b Marc. 15. b
7. Actor. 3. c. & 2. f
8. Rom. 1.
9. Lib. 2. ep. 9.

VI.

Quando irritatione nobis peccatum alienum conflatur?

CVm scientes alium ad iram, vindictam, blasphemiam, crudelitatē ac consimilia vitia, siue dictis id fiat, siue factis, aut quacunque ratione alia, prouocamus, Vt cum vxor Iob 1 patientissimo viro petulanter insultans, quantum in se quidem erat, suasit etiam Deum blasphemare. Et Tobiæ vxor 2 aquè morosa, maritū suum conuitijs frequenter infestās & exasperans hoc facit, vt vir anxius domesticā iniuriam suspirijs, lachrymis & precibus ad Deū fusis prosequi cogatur. Contra verò monet Ecclesiasticus 3: Abstine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracund⁹ incēdit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacē habentiū immittit inimicitiā. Sic Salomon dixit 4: Sēper iurgia quærit malus, angelus autē crudelis mittetur contra eum.

1. Iob. 2. c

2. Tob. 2. d & 3. d

3. Ecclef. 28. a. b

4. Prou. 17. b

VII.

Quando per Laudationem, vel Adulationem nostram peccato alieno fœdamur?

CVm aliquem in malefactis, vel de improbitate commendamus, vel tanquam re benè gesta, calcar addimus male cum

ni, vt ille in prauo instituto pergat. 1. *Væ autem* qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, *vt est apud Prophetam. In hoc vitium incidunt nonnunquam Ecclesiastici concionatores, & magistratus malè vulgò blandientes, dum eius licentiæ palam fauent & applaudunt. Rectè autem Esaias* 2. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. *Vnde Paulus eos iubet vitare Doctores,* 3. *qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.* Quoniam enim 4. laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, exacerbabit Dominum peccator: *vt Regius Propheta testatur.*

1. Ezech. 13. c
2. Esai. 3. c
3. Rom. 16. c
4. Ps. 2. a, [illegible] 9. c

VIII.

Quando Reticentiæ nostræ culpa peccatum alienum in nos redundat?

C*Vm intempestiuum nostrum silentium siue subdito, siue cuiuis alteri adfert detrimentum: Exempli causa,* 5. *si docendi, monendi, corripiendique fratris aut populi nobis munus incumbit, & interim, dum prodesse possumus, sine iusta caussa cessamus. Vnde per Esaiam testatur*

5. Aug. hom 7. ex 50. Prosp. libro de vita contemp. cap. 20. Isido. de summo bono lib. 3. ca. 44. 45. & 46.

 Domi-

agunt sceleratè vel seditiosè. Hoc modo à Rege Saul 2. peccatum fuit, cum aduersus Dei mandatum clementior esset ac parceret hostibus Amalechitis. Peccatum idem ab Achab Rege admissum est, quando Benadab Regē Syriæ in gratiam recepit: vnde nec seueram ita comminantis Prophetæ sententiam effugit 3. Hæc dicit Dominus; Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius & populus tuus pro populo eius, *Eodem referri potest quod Apostolus Corinthijs præcipit 4.* Auferte malum ex vobis ipsis Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum. 2. 1Reg 15.b 3. 1Reg. 3 4. 1. Cor. 5. g

Secundò hic peccāt Patres & Matres familias, Heri & præceptores, dū sibi cōcreditos nimia assimulatione, & indulgētia quadam in educando peraunt, & negligentia socordiaq; sua in discrimen adduci permittunt. Sic paternæ vtrors[?] indulgētiæ culpa deprauatos legimus filios Heli, 1. qui idcirco immodicæ leuitatis suæ pœnas graues dedit. 1. 1. Reg. 3. c 4. d

Hic etiam addi potest peccatum quod vocari solet omissio fraterna correptionis, admonitionis vel reprehensionis. Quandoquidem Christus 2. quisque semel atque 2. Mat. 18. b

 ite-

iterum & tertio corripiendum esse fratrem monuit, ut peccantem illũ lucrifaciamus. Quanquam alij distinguunt inter huiusmodi omissionem & priorem de qua diximus conniuentiam, & duos alieni peccati modos ex hisce constituunt.

X.

Quid est Participatione alienum peccatum contrahere?

ID *maximè fit, quando in partē lucricum furibus, siue raptoribus venimus iisque eadem bona iniustè parata, vel quouis modo aliena nobis vna cum alijs scienter vendicamus aut retinemus: cũ insuper spolijs alienis ditescimus. Quo pertinere videtur, quod Psalmographus dixit,* 3. *cum furibus ipsis currere, & cũ adulteris portionē habere. Sic & Esaias obijcit populo Iudaico:* 4. Principes tui infideles socij furũ omnes diligunt munera; sequuntur retributiones *Grauius adhuc delinquunt, qui lucrũ sibi ex aliqua turpitudine aperte parant, vt Lenones, quique latronib⁹, vt nota turpitudinis vel factionis hominibus prabere audet hospitiũ & locũ, quo se illi, aut sua recipiãt.*

3. Psal. 40. c
Aug. Psal. 120.
4. Esai. 1. c.

XI.

Quomodo alienum peccatum nostra defensione committimus?

Cum

CUM aut malefactoribus patrocinamur aut doctrinam alterius quamuis peruersam & impiam tuemur, vel spargimus, cum nostra itidē cura vel opera quod contra fas & aequum instituitur promouere atq; propugnare contendimus. Aduersus hoc diuinum vitonat oraculum: 1 Væ qui dicitis malum bonum & bonum malū; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. *Accursum* 2. Non sequeris turbam ad faciendum malum; nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero devies. 1. Esai. 5. c 2. Exo. 32. c

Hæc satis de peccatis, vt vocant, alienis, quæ nunc profectò longè lateq; patent, & summa quotidie licentia, à magnatibus præsertim perpetrantur. Adeoq; vulgo ea non cauentur, vt plerique peccata non esse putent ac floccipendant, etiamsi suas & aliorum sæpe conscientias his criminum sordibus conspurcent, ac perpetuis pœnis obligent. Possunt autem dictæ species omnes in tria ferè genera conijci, breuiterque vt magnus Basilius 1 *ostendit comprehendi. Quod enim in alieni erroris vel peccati societatem incidimus, id fit aut re & opere, aut voluntate certoue animi proposi-* 1. Basil. li. 2. de Bapt. q. 9.

to tantum: aut Surina negligentia, si quando admonendi & emendandi officio nostro alij defraudantur.

Sed longè omnium deterrimum peccandi genus est, quo delinquitur in Spiritum sanctum.

DE PECCATIS IN SPIRITVM SANCTVM.

I.

Quid est peccatum in Spiritum sanctum?

EST, *oblatam Dei munificentiam & gratiam, qua Spiritui sancto, ceu fonti bonorum, tribui peculiariter solet, ex malitia contemptim abijcere. Atque hoc est peccare inexpiabiliter, ut iuxta Christi verbum a, nec in hoc ipso, neque in futuro seculo talis tantique peccati remissio impetretur. Hac enim lege nobiscum agit Deus, ut nec gratiam in terris, neque gloriam in cœlis tribuat alijs, quam qui peccatum detestantur agnitum, & præter id bonum sibi proponunt, rectumque eligunt vitæ institutum. Cæterùm in hisce peccatis, quæ fiunt in Spiritum sanctũ, abest tum peccati detestatio, tum boni quod sectandum erat, electio,*

promerentur, ait igitur Dominus: 5. Voca 4.Mat.19.c
operarios, & redde illis mercedem *Ait* 5.Mat.20.a
David: 6 Seruus tuus custodit ea *Diui-* 6.Psal.118.a
na scilicet præcepta: in custodiendis illis
retributio multa, *Ac iterum*: Inclinaui
cor meum ad faciendas iustificationes
tuas in æternum propter retributionem 7.2.Timot.
Ait & Paulus; 7. Bonũ certamen certa- 4 b
ui; cursum cõsummaui, fidem seruaui: in
reliquo reposita est mihi corona iustitiæ
quã reddet mihi Dominus in illa die iu-
stus iudex: non solum autẽ mihi, sed & iis, 1.Matt.19.a
qui diligunt aduentum eius. *Ait denique*
& ipse Christus: 1 Si vis ad vitam ingredi 2.Ioan.5.d
serua mandata. *Et iterum*: 2 Procedent
qui bona fecerunt in resurrectionem vi-
tæ; qui verò mala egerunt, in resurrectio- 3.Matth.7.c
nem iudicij *Tum alibi*: 3. Qui facit vo-
luntatem patris mei qui in cœlis est; ipse
intrabit in regnum cœlorum.

Ex quibus fit perspicuum, quanti nostra 4.Apoc.21
omnium referat, si vitam æternam cupi-
mus, diuinas obseruare voces: 4 Qui iu-
stus est, iustificetur adhuc: & sanctus san-
ctificetur adhuc Ecce venio citò, & mer-
ces mea mecum est, reddere vnicuiq; se-
cun-

5. Gal.6.b cundum opera sua, 5. bonum igitur facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus non deficientes.

III.

Quot sunt genera bonorum operum, in quibus iustitia Christiana præcipue cernitur & exercetur?

Petrus Chrysol. serm. 43. *Eiusmodi sunt triplicia, sicut ex sacris literis accipimus, videlicet, Oratio, Ieiunium & Eleemosyna. Nam reliqua ferè benefacta, quæ ex fide viua proficiscuntur, & iustitiam Christianam commendant, augent atque consummant, ad hosce tres fontes facilè referuntur. Hinc illa præclara vox Angeli Raphaëlis:* 1. Bona est

1. Tob. 12.b Oratio cum Ieiunio, & Eleemosyna magis quam thesauros auri recondere. *Augustinus verò dilucidè dixit: Hæc iustitia*

In Psal. 42. *hominis in hac vita, Ieiunium, Eleemosyna, Oratio.*

2. Matt. 6.a *De quibus Christus 2. apud Matthæum sigillatim docet, addit q; promissiones de parata cælesti mercede ijs, qui in Ecclesia citra hypocrisin sincere ieiunant, orant ac*

3. Ibid. a & c *eelemosynam tribuunt. Hinc fide is illa sponsio toties repetita:* 3 Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. *Et hæc ipsa*

4. Matt. 5.c *sunt in quibus Christus, vt bene beateque viuamus, abundare 4. vult nostram iustitiam,*

ita, & ita lucere 5. coram hominibus, vt vi- 5. Ibidem b
deant opera vestra bona, & glorificēt patrē
Ad hæc præstāda in Christo creati, & 6. de-
stinati sumus, quæ nimirum præparauit 6. Ephes. 2. b
Deus vt in illis ambulemus. Propter 7. hæc è
charitate præstita, iusti in regnū adsciscen- 7. Matt. 13. f 10. d & 25. d
tur æternum: ob eadem vero neglecta, in- Ioan. 5. e
iusti in gehennam ignis præcipitabuntur. 2. Cor. 5. b

Vt vero, 8. Pharisaicum ac vanum est,
cum aliorum contemptu se ipsum iustifica- 8. Luc. 18. a
re & suis 9. operibus fidere: ita, Christia-
num est atque legitimum, hominem cum
sui submissione operibus bonis operam se-
dulam dare, & si quando gloriari velit, in
1. Domino gloriari, vt qui operatur in no- 1. 2. Cor. 10. d
bis velle & perficere, Apostolo teste. Phil.

IV.

Quid est Ieiunium?

NOn *simplex huius nominis est ac-* 2. Aug. tract. 27. in Ioan. &
ceptio, Magnum & generale Ieiuniū li. 2. q. Euan.
2. Augustinus vocat abstinere ab iniquis cap 18.
moribus & illicitis voluptatibus seculi. De- 3. Isid. lib. 1.
inde Philosophicum, vt quidam vocant, Ie- de Eccl. offic. ca. 36. & seq.
iunium, est Parsimonia illa cibi ac potus, Raba de Ie-
moralisque sobrietas qua temperatè eti- iun. li. 2. ca. 17. & seq.
am ab Ethnicis secundum rectam ratio- Ino, par. c. 4.
nem viuitur. Tertio Ecclesiasticum 3. est ca. 25. & seq.
Ieiunium, vtpote cum iuxta certum Eccle- Burch. li. 13.
sia

4. Cypria. de Ieiunio & tētatio: 1 C hristi. Chrysost. ho. 1. & 2. in Gen. & serm de ieiunio, Basil. orat. 1. & de ieiunio. Ambr. in lib. de Helia & ieiun. & ep. 82.

sia morem atque praescriptum, certis diebus & carnium esum nobis subtrahimus, & Vnica duntaxat refectione contenti sumus huiuscemodi ieiunium piè & Christianè 4. suscipitur ad cultum diuinum religiosius exhibendum, ad carnem edomandam spiritu que subijciendam, ad fructus poenitentiae dignos praestandos, ad obedientiam exercendam, ac demum ad quamlibet Dei gratiam consequendam.

V.

Quid vero his respondendum est, qui legem Ecclesiastici Ieiunij conuellunt atque contemnunt?

1. 1. Tim. 4. a Coloss. 2. c. d Can. Apost. 50. & 52. Con. c. Gang. can. 21. To. in assertione fidei 1. Brac. car. can. 14. 2. Li. 30. con tra Faust. c. 5. Item Theod. in ep tom. diuino um de. cret. cap. de abstinent. Ber. ser. 65. in Cantica.

PRimum admonendi sunt isti, ne falsò Catholicis affingant quod Apostolus 1. detestatur & Ecclesia semper damnauit in Iudaeis, Manichaeis & Priscillianistis, quod Videlicet aut secundum legem Mosaicam, aut ex superstitione, à cibis quibusdam absti neant Catholici enim, sicut Augustinus Fausto Manichaeo 2. respondet, quod à carnibus abstinent, edomandi corporis causa id faciunt, propter animam irrationalibus moribus amplius humiliandam, non quod carnes esse immundas credant Nec solum à carnibus, Verū à quibusdam etiam terrae fructibus abstinent, Vel semper, sicut pauci, Vel certis diebus

atque

atque temporibus, sicuti per Quadragesimam fermè omnes. Sic Augustinus, atque ante illum idipsum etiam docet Epiphanius, vbi confutat Aerianam hæresim, 3. qua statā Ecclesiæ ieiunia cuique libera esse vult, atq; ad ea neminem obligari. 3. Hæresi 75. & Aug. hæres. 53. 4. Hieron. in epist. ad Gal. c. 4. Leo ser. 3. & 4. de ieiunio 4. mēsis Basil orat. 2. de ieiunio.

Quod autē in publicis 4. ieiunijs, sicut & in precationibus, & ferijs, ratio, temporis obseruatur, id ordinem & concordiam publicam in Ecclesia confirmat, illustrat ac promouet. Deinde priuata jejunia non ita multi quidem imponerent sibi vtpote naturali carnis amore ventrisque studio ad suscipienda ea impediti.

Iam quod magni momenti, & certi meriti sit, eiusmodi jejunia reuerenter amplecti seduloq; obseruare, tam apertè probat Hieronymus 1. cōtra Iouinianū, hac de re dubitari amplius vt à nullo possit. Quibus addenda sunt, quæ supra docuimus de præceptis Ecclesiæ obseruandis, idq; ad scandalū 2. euitandū, & disciplinam publicā retinendā, neq; modò propter irā, sed etiā propter conscientiam, vt Apostolus 3 dixit. 1. Libro. 2. 2. Aug. epist. 118. ad Ian uarium c. p. 2. 3. Rom. 13. b

Constat autem, sicut omnium ætatum scriptores cōprobant, Ecclesiæ disciplinam, consuetudinem, traditionem, sanctionem hanc & esse constantem, & inde ab initio

fuis-

fuisse, Vt diebus 4. quibusdam præsertim 5. Quadragesima, ieiunium hoc Ecclesiasticum obseruaretur, Ita docent Canones 6. Apostolorum & sacrosancta 7. Synodi: Gangrensis 8. quidem Anathemate eos ferit, qui communia totius Ecclesiæ jeiunia contemnunt: Toletana 1. Verò communione eos priuari jubet, qui sine ineuitabili necessitate & euidenti languore carnibus in Quadragesima Vescuntur.

Et singularis Patrum est ardor in commendando, Vrgendo & exigendo 2 jeiunio, præsertim quadragesimæ, quod quidam ab Apostolis 3. institutum Videri Volunt. Ab hoc Patrum sunt Spiritu alieni, qui ieiuniorum legem sibi alijsq; relaxant, & carnis licentiæ, non libertati Euangelicæ patrocinantur. Hi carnem 4. cum Vitijs & concupiscentijs nolunt crucifigi, ac proinde quæ sunt spiritus, non sapiunt: sed spiritũ potius 6. extinguunt, aduersus doctrinam Apostolicam. Deinde palam obsistunt Ecclesiæ matri, immò etiam 6. Christo in Ecclesia sponsa loquenti atq; præcipienti, Vn-

4. Aug. epist. 86 in Epiph compendiar. doct. Calixtus epist. 1. ad Bene l. Leo ser. 8. & 9. de ieiunio 7. mensis Isid. lib. 1. de off. Eccles. cap. 37. & l. Conc. Mog. cap. 34 Saleguntl. ca. 2. Bern. in vigilijs Andreæ 5. Ignatius ad Phili. Epiph. in comme. d. doc. Theoph. Alex. l. 3. paschal. Maxi. in ser. non. de qua'ra. Item Ambr. Aug. & Leo decadem Cyr. lib. 10. in Leuit. Isidor. de off. cap. 36. Aug. ca. 6. Aug. 11. 7. Laod. can. 50. 2. Baccar. can. 9. Trib. can. 35. Agath. can. 12. 8. Can. 19. It. Mog. can. 35. 1. 8. Tol. can. 9. Vide Tele. in ep. ad vniuersos. Theoph. Alex li. 3. paschal. Aug. ser. 64. de temp. Niceph. l. 10. c. 3. Chry. ho. 6. ad pop. item 1. & 1. in Gen. 2. Bas. orat. de ieiun. Aug. ser. 62. de temp. Amb. ser. 23. 25. 34. 35. & 37. 3. Hier. a 1 Mar. con. errores Mont. Epiph. hær. 15. 4. Gal. 5. d. 1. Cor. 2. d. 5. 1. Thes. 5. c. Ambr. ser. 30. Max. serm. militarius 6. Luc. 10. Reg. 83. 2. Actar. 15. 6

de sibi certam damnationem acquirunt, quando sanctum & salutiferum & ab Ecclesia nobis vsque commendatum ieiuniorum institutum abrogant repudiantue.

VI.

Quid de Ieiunio sacra Scriptura tradit?

D*iuina vox est, quæ per Ioelé, ad pecca-* 7. Ioel. 2. c
tores clamat; 7. Conuertimini ad me 1. Ibidem, d
in toto corde vestro, in ieiunio; fletu, &
planctu *Nec multò post* 1. Canite tuba in
Sion inquit, sanctificate ieiuniũ, vocate
cœtũ, congregate populum, *vel sicut alij*
legunt, sanctificate ieiuniũ, prædicate cũ
ratione. Vt hinc discamus, ieiunium san-
ctificari cæteris bonis operibus, & sanctifi-
catum curationi proficere peccatorum, vt 2. in Ioelem.
Hieronymus 2. *interpretatur. Nam vt idẽ* 3. Ibi l. & lib.
3. *è sacris literis colligit, per ieiunia Daniel* 2. contra Iou
4. *vir desideriorũ futura cognouit: & Ni-* 4. Daniel 9. f
niuitæ iram placauerunt Dei; & Elias ac Ion. 3. d
Moses quadraginta dierum esurie, Dei fa- 3. Reg. 19. b
miliaritate saturati sunt, & ipse Dominus Exod. 24. d
totidem diebus in solitudine ieiunauit, vt Deut. 9. b
nobis solennes ieiuniorũ dies relinqueret Matth. &
& acriora dæmonia docuit, 5. *non nisi ora-* Luc. 4. a
tione & ieiunijs posse superari, & Apo- 5. Matt. 17. e
stolus frequẽter 6. *se ieiunasse dicit, & in* 6. 2. Cor. 5. & 11. f.
psalmis pœnitens loquitur: 7. Manducabã 7. Psal. 101.
sicut cinerem panẽ meum, & potũ meũ

cum

2. Psal. 34.b *cum fletu miscebam. Et 8. Cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animā meā. Demū quia eo manifestius, quā quod Christus affirmat 3 fo-*
3 Mat. 9.b Luc. 5.g *re, vt cū ipse sponsus discipulis suis maximè dilectus ablatus sit, tunc illos licet Spiritu*
1. Actor. 13.a *1. sancti plenos, ieiunaturos esse? itaq; Pau-*
2. 2. Cor. 5.a *lus fideles omnes hortatur.* Exhibeamus nosmetipsos, sicuti Dei ministros in multa patiētia, in vigilijs in ieiunio in casti-
3. Gal. 5.b tate 3. Qui enim sunt Christi, carnē suam crucifixerunt cū vitijs & concupiscentijs.

VII.

Quid est oratio?

Damasc. li. 3. orthod. fidei cap. 24. Aug. lib. 2. de serm. Domini in monte cap. 7. & serm. 230. de tempore Basil. in Iulittā martyrem. Chrys. hom. 30. in Gen.

EST pius nostræ mentis in DEVM affectus, quo petuntur fideliter, quæcunq; sunt nobis, aut alijs salutaria: quo diuinam quoq; gratiam & virtutem celebramus, aut qualicunque ratione coram summa & æterna illa Maiestate nos deuotos testamur. Vt huc spectet non solum precatio, sed etiam adoratio, oblatio seu sacrificium, inuocatio, laudatio, gratiarū actio.

Modum autem precandi & formulam
3. Matt. 6.b *singularem Christus 3. præscripsit, sicuti supra declarauimus: Et nullum est sanè opus magis in scriptura commendatum, nullum pijs sanctisq; hominibus familia-*

rius,

rius, nullum quod à pluribus & ſæpius & diligentius magisq; neceſſario in hac vita ſit exercendum, atq; precatio. Verè dictum illud. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. *Item 2.* Oportet ſemper orare, *ardenti ſcilicet cordis affectu & citra hypocryſim, & abſque laudis humanæ reſpectu, hoc eſt, in ſpiritu & veritate.* 1. Eccl. 35. 2. Luc. 18. a.

Interim orantes externũ corporis geſtum & habitũ ritusq; nonnullos adhibent ſæpe. Et rectè quidẽ vt exẽpla ſcripturæ cõmonſtrant; Nã & Chriſtus Dominus nũc 3. ſublevatis in cœlũ oculis, 4. nũc elata voce, nũc in terrã 3. proſtratus patrem orauit. Tũ 6. Danielis ac Niniuitarum precatio, 7. quia non ſine ieiunijs, ſacco & cinere inſtituta fuit, magis cõmendatur. Nec fruſtra de Publicano 8. dictum eſt, quod humili facie, depreſſis oculis, pectorisq; tunſione ſuam in templo precationem inſtruxit. Quæ quidem licet externa videantur, & ab impijs etiam fieri ac oſtentari queant, tamen hactenus laudem illa merentur, quatenus & piè corpus exercent, rediguntque in obſequium creatoris, & animum excitant, fulciunt ac promouent in cultu interiore. Præterea ſunt hæc teſtimonia quædam fidei humilitatis atque pietatis non negligenda, 3. Ioan. 17. a. 4. Mat. 27. c. Luc. 23. f. 5. Mat. 27. d. 6. Dan. 9. 7. Ioan. 3. c. d. 8. Luc. 18. a.

Vt

ut qua non solum spectanti proximo, sed etiam Ecclesia adferunt adificationem.

VIII.

Cur in orando seduli & assidui esse debemus?

PRimùm ob maximas & infinitas eorum qui rite precantur, vtilitates. Deinde quod Oratio proprium & necessarium sit fidei exercitium: Habet praterea praceptum in diuinis 1. litteris passim neq; modo frequentem, sed etiam eximium plenumque consolationis & sanitatis promissionem 2. Dico vobis, inquit ipsa Veritas Christus; Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis & euenient vobis. *Et rursum* 3. Ego dico vobis. Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit inuenit; & pulsanti aperietur. *Atque iterum*: 5. Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? *Talibus quidem dictis, vt rectè colligit Chrysostomus, 5. ac tali spe prouocauit nos ad orandum vniuersorum Dominus. Nos verò docet obtemperantes Deo semper omnem vitam in laudibus Dei, precibusq; transigere, maiore stu-*

dio

Isido. de summo bono li. 3 cap. 7. Aug. serm. 22. 6 de temp. Chrys. lib. 1 & 2. de oratio. De: m & hom. 5. de incomprehens. Dei natura. Item homil. 20. ad pop.
1. Matt. 26. d Luc. 18. a Rom. 12. c Col. 4. 1. Thess. 5. c 1. Timot. 5. a Iacob. 5. d
2. Marc. 11. c
3. Luc. 11. b Matth. 7. b
4. Mat. 7. b Luc. 11. c
5. Lib. 1. de orando Deũ.

lio curam agentes diuini cultus, quàm vitæ nostræ. Sic enim contigerit semper viuere vitam homine dignam. Hæc ille.

IX.

Quibus exemplis vim Orationis & fructum colligemus?

IAcobus Apostolus, vt orationis virtutem explicaret exemplo, ita scripsit 1. Elias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & cœlū dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. *Similibus exemplis Augustinus rem eandem comprobat: Orante 2. Moyse & Samuele vincuntur à Iudæis hostes Amalechitæ atque Philistæi. Orans Hieremias 3. confortatur in carcere. Orans Daniel inter Leones exultat. Orantes tres pueri in fornace tripudiant. Orans 4 de cruce Latro inuenit paradysum. Susanna per orationem inter senes falsò accusantes defenditur. 5. Stephanus orans in cœlum suscipitur, & inter lapidantes per Saulo exauditur.* 1. Iacob. 5. F 1. Reg. 17. a 18. g 2. Exod. 7. e 1. Reg. 8. c 3. Hier. 32. c Dan. 5. c Dan 3. c 4. Luc. 23. e Dan. 13. e 5. Actor. 7. g Hiero. contra Vigilantium

Quibus exemplis non modo fructus Orationis ostenditur, sed etiam precandi studium ac sedulitas nobis commendatur. Quare Scriptura quoq; Apostolica cohortatur: 6. 6. Sine intermissione orate, & in 6. 1. Thes. 5. c

omni-

1. Iacob. 5. d omnibus gratias agite, *Et rursus.* 1. Orate pro inuicem vt saluemini: multú enim
1. Ioan. 5. c valet deprecatio iusti assidua. *Item.* Hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quia
2. 1. Ioan. 5. d quodcunq; petiuerimus secundum voluntatem eius audit nos *praterea.* 2. Qui scit fratrem suum peccare peccatum nó ad mortem petat, & dabitur ei vita.

DE ELEEMOSYNA, ET OPERIBVS MISERICORDIÆ.

X.

Quid est Eleemosyna?

Vid. Chrys. homil 15. in 2. Cor. 1. & sermon. 30. de verb. Domini

3. Tob. 12, b

4. Serm. 1. de Eleemosyna.

5. Lib. 1. officiorum c. 11.

6. Luc. 6, f

E*st beneficium seu munus, quo alterius miseria ex nostro commiserationis affectu subuenitur. Quo spectat id, quod apud Tobiam Raphael angelus testatur:* 3. Bona est Oratio cum Ieiunio & Eleemosyna: *vt intelligamus, sicut Cyprianus,* 4. *admonet, orationes nostras ac Ieiunia minus posse, nisi Eleemosynis adiuuentur. Bona misericordia, inquit* 5. *Ambrosius, qua & ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectum Patrem. Nihil tam commendat Christianam animam, quam misericordia sic ille.* 6. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est, vt sitis fili

lij patris vestri qui in cœlis est, qui so-
lem suum oriri facit super bonos & ma-
los, & pluit super iustos & iniustos. *Ita
Christus Saluator & Samaritanus noster,* 1. Lucæ 10. f
omni gratia & misericordia plenus, qui 2. Act. 10. f
*pertransijt benefaciendo, & sanando o-
mnes oppressos à Diabolo.*

IX.

Quo pacto Scriptura nobis commendat
Eleemosynam?

Multis quidem & apertis, præceptis, pro- 3. Serm. 5. de
missionibus & exemplis. Quin Cy- Eleemosyna.
prianus 3. docet in Euangelio, nihil præcipi Vide etiam
frequentius, quam vt insistamus eleemo- Aug. ser. m.
synis dandis; nec terrenis possessionibus in- 227. de temp
cumbamus, sed cælestes thesauros potius li. hom. 29.
recondamus. Hinc illa Christi sententia. & 47. ex 50.
4. Quod superest, date eleemosynam & Ambr. serm.
ecce omnia munda sunt vobis. 5. Vendi- 30. & 32.
te quæ possidetis, & date eleemosynam. Chrys. hom.
Facite vobis sacculos: qui non vetera- 23. ad pop. &
scunt, thesaurum non deficientem in seq.
cœlis. *Atque alibi*: 6. Facite vobis ami- 5. Lucæ 12. d
cos de Mammona iniquitatis, vt cum 6. Luc. 16. a
defeceritis, recipiant vos in æterna ta- 7. Luc. 6. c
bernacula. *Breuiter*: 7. Date & dabitur
vobis. *Proinde Daniel Propheta impio Re-* 1. Dan. 4. d
gi consulit: 1. Peccata tua eleemosynis Chrys. hom.
redime, & iniquitates tuas misericordijs 26. in Matt.

2.Eccles,3.d pauperum. Tum alibi igitur; 2. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Neque hominis vero, sed Angeli vox ea fuit: 3. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam. Quin & Christus ipse pronunciat
3.Tob.12.b
4.Mat.10.d Quicumque potum dederit vni ex minimis
5.Matth.5.a istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam, 5. Beati igitur misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. E contrario autē vt Iacobus affirmat
6.Iacob.2.b 6. Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam.

XII.

Quibus exemplis Eleemosynæ virtus & fructus declaratur?

7.Gen.18.a & 19.a
8.Hebr.13.a
Tob.12.c
Actor.10.a
IN sacris quidem litteris 7. Abraham & Loth propter hospitalitatem Deo placuisse, & Angelos 8. hospitio excepisse dicuntur. Tobiæ & Centurionis eleemosynæ tantum valuerunt, vt in memoriam ascenderint in conspectu Dei & non solum testes sed etiam collaudatores habuerint sanctos angelos. Zachæus 9. Christi verbis permotus & ex principe Publicanorum speculum misericordiæ factus, dimidium bonorum dat pauperibus, & mox Abrahæ filius à
9.Luc.19.a

Chri-

Christo ipso pronunciatur. Tabitha, 1. *Scriptura operibus bonis & eleemosynis, quas viduis præsertim faciebat, à Luca celebratur. Sic piæ matronæ laudem habent in Euangelio* 2. *singularem, quæ cum Magdalena & Martha Christo Domino eiusque pauperibus discipulis liberaliter de suis facultatibus inseruiebant. Et de Laurentio Leuita & Martyre iustissimè canitur:* 3. Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in seculum seculi.

1. Actor. 9.
2. Luc. 8. c & 10. g
3. Psal. 111. b Ambr. lib. 2. offic. cap. 28.

XIII.

Quid est misericordia?

E*St, sicut* 4. *Augustinus affirmat, aliena miseria quædam in nostro corde compassio qua vtiq; si possimus, subuenire compellimur. Quod misericordiæ nomē pro eleemosyna dici & accipi persæpe solet. Omnis autem misericordia, teste diuina Scriptura faciet locum vnicuiq; secundū meritum operū suorū. Hanc sæpè & mirificè cōmendat* 5. *Chrysostomus, nec dubitat alicubi dicere:* 6. *Misericordia est salutis præsidiū, fidei ornamentū, propitiatio peccatorū: hæc est quæ iustos probat, sanctos roborat, Dei cultores ostendit. Quin etiā si Ambrosio* 1. *credimus, omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia & pietate est.*

4. Lib. 9. de ciu. Dei c. 5. l
Eccles. 16. b
5. Homil. 53. in Matth. & 32. ad popul. 35. & 37.
6. Chrys. st. hom. de misericordia & duab viduis.
1. In epist. 1. ad Tim. c. 4.

XIV.

Sunt ne vnius generis misericor-
diæ opera?

2. Aug. lib. 1. de morib. Eccl. f. Cathol. cap. 27. & in Enchir. c. 27

DVplicis ea generis esse 2. inueniuntur cũ alia sint corporalia, alia spiritualia. Corporalia quidem dicta, quoniam corporalem miseriã proximi sublenandæ exercentur; Spiritualia verè, quod in saluti proximi spirituali benè consulimus atq; operã damus. Huius multiplicis misericordiæ clarũ prabet exemplum Iob beni gnissimus, qui de seipsô testatur; 3. Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vetero matris meæ egressa est mecum 4. Oculus fui cæco, & pes claudo; pater eram pauperum, & causam quam nesciebã, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Item 5. Foris nõ mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.

3. Iob. 31. b & ibid. Greg.

4. Iob. 29. c

5. Iob. 31. d

XV.

Quot sunt opera misericordiæ tum corporalia, tum spiritualia?

Vide Ambr. li. 1. off. c. 30. & lib. 2. c. 21 Item l. 3. c. 6. 1. Aug. l. 5. de ciu. Dei c. 13

SEptem in vtroque genere numerantur ac primũ quidem corporalia hæc sunt. Esurientes pascere, potũ dare sitientibus, operire nudos, captiuos redimere, ægrotos inuisere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos sepelire.

Sp

Spiritualia 2. verò hæc; Peccantes corri-
gere, ignorantes docere, dubitantibus rectè
consulere, pro salute proximi Deum orare,
consolari mœstos, ferre patienter iniurias,
offensam 3. remittere. Quæ humanæ pietatis
officia, hominibus, præsertim Christia-
nis, nec barbaris planè, tam aperta sunt, vt
longa tractatione neutiquam egeant.

1. August. in Enchir. c. 72. & de morib. Eccles. Cath. c. 28. serm. 203. de temp.
3. Aug. hom. 40. ex homil. 50. & ser. 203. de temp. Chrys. hom. 36. ad pop.

XVI.

Quomodo isthæc Scripturis ostendūtur?

P*Vlchrè quidem ac passim; sicuti in pri-*
mis illa Esaiæ verba, aut potius DEI
præcepta commonstrant; Frange, *inquit,*
4 esurienti panem tuum, egenos vagos-
que induc in domū tuā. Cum videris nu-
dum, operi eum, & carnem tuam ne de-
spexeris. *Quæ cum officiorum ingens quoq;*
fructus ibidem subiicitur; 5. Tunc ante ibit
faciem tuam iustitia tua, & gloria Do-
mini colliget te. *Et Ioannes qui in charí-*
tate & misericordia fraterna nobis com-
mendanda totus est, inter cætera docet;
1. Qui habuerit substantiam huius mun-
di, & viderit fratrem suum necesse habe-
re, & clauserit viscera sua ab eo, quomo-
do charitas Dei manet in eo? *Neque con-*
tentus hoc dicto, præclarè concludit; 2. Fi-
lioli mei non diligamus verbo, neq; lin-

4. Esai. 58. b
5. Ibidem c
1. 1. Ioan. 3. c
2. Ibidem c. d

gua, sed opere & veritate. In hoc cogno
scimus, quoniam ex veritate sumus.

Hæc sunt fidelium, vereq; iustorum ope
3. Matt. 25. d *ra, quæ in 3. extremo illo iudicio Christu*
Luc. 14. c *agnoscet, & palam approbabit: propter qu*
Aug. serm. 50 de temp. *regnum promissum decernet, iustitiaq; co*
ronam reddet misericordibus, quos & ip
Gregor. curæ past. par. 3. ad mon. 21. *iustos, prædicat, quæ quidem opera tant*
plus verè laudis æterniq; præmij porrigun
quanto fiunt ab animo Christiano synce
rius, alacrius, liberalius, nimirum vt n
lis humanæ vanitati atq; cupiditati quan
minimum loci relinquatur, et vero ad De
gloriam proximiq; cui seruiunt commod
propriè referantur. Hinc illæ Scripturæ vo
4. Rom. 12. b *ces obseruandæ. 4.* Qui tribuit, in simpli
5. Tob. 4. b citate: qui miseretur, in hilaritate 5. No
li auertere faciem ab vllo paupere Quo
6. 2. Cor. 9. b modo potueris, ita esto misericors 6. Hi
7. Eccles. 35. laremdatorem diligit Deus 7. In omn
8. Psal. 111. a dato hilarem fac vultum tuum 1. Iucun
1. Luc. 10. f dus homo, qui miseretur & commoda
Certè Christus apud Lucam talem depin
git Samaritanum, qui non solum Christia
nis, sed etiam Ethnicis præclarum exem
plum præbeat summæ humanitatis, perfe
ctæq; misericordiæ ignotis etiam & imme
2. 2. Cor. 9. b *rentibus vltrò præstandæ. 2.* Qui verò par
cè seminat, parcè & metet, *Apostolo testi*
Sa

Satis autem hactenus de corporalibus præcipuè operibus misericordiæ.

VII.

De Spiritualibus quid porro Scriptura testatur?

DEbemus 3. *inquit*, nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere: & non nobis placere. Vnusquisque vestrũ proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit. *Ac rursus*, 4. Estote inuicem, benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. *Item* 5. Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. *Praeterea*, 6. Induite vos sicut & electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordię, benignitatem, humilitatẽ, modestiam patientiam. supportantes inuicẽ; & donantes vobismetipsis, si quis, aduersus aliquẽ habet querelam, sicut Dominus donauit vobis; ita & vos. *Iterum verò*: 1. Corripite inquietos; consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

3. Rom. 15. a
4. Ephe. 4. g
5. Col. 3. b
1. 1. Thes. 5. a
2. 1. Cor. 9. d
3. 1. Cor. 11. g

Hæc aliaque id genus per multa passim inculcat Paulus: qui, vt omnes faceret saluos, omnibus omnia factus est, vt hinc ipse testetur: 3. Quis infirmatur, & ego nõ

infirmor? quis scandalizatur, & ego non
4.Rom.9.a vror? *Et iterum* 4. Tristitia mihi magna
5.Rom.9.a est, & continuus dolor cordi meo. 5 O-
ptabam enim ego ipse anathema esse à
Christo pro fratribus meis. *Tum alibi*: 6.
6.2.Cor.12.c Ego libentissimè impendã, & super im-
pendar pro animabus vestris abundanti-
us, licet plus vos diligens minus diligar.

XVIII.

Quæ summa est doctrinæ omnis de misericordiæ operibus præstandis?

A*Postolus rem omnem hoc quasi vnico verbo complexus est*: 7. Alter alteri-
7.Gal.6.a us onera portate, & sic adimplebitis legẽ
Christi, *puta legem charitatis. De qua le-*
8.Rom.13.c *ge rursus idem*: 8. Si quod mandatum, in
Gal.5.c hoc verbo instauratur; Diliges proxi-
mum tuum sicut teipsum. *Et Petrus A-*
1.1.Pet.4.b *postolus*; 1. Ante omnia, *inquit*, mutuam
in vobis ipsis charitatem continuam ha-
bentes; quia charitas operit multitudi-
nem peccatorum. *Quod charitatis mise-
ricordiæq; præstandæ præceptum ac offici-
um, vt est naturæ ac rationi maximè con-
sentaneum; sic ad omnes etiam se porrigit,
vt hinc scriptum legamus*; 2. Vnicuique
2.Eccle.17.c mandauit Deus de proximo suo. *Ita ve-
ro mandauit, veluti Christus interpreta-*

tur 3. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis, Hæc est enim Lex & Prophetæ. 3. Matth. 7 b Luc. 6. a

DE VIRTVTIBVS CARDINALIBVS.

I.

Quid sibi vult nomen & ratio Cardinalium virtutum?

Cardinales quadã virtutes idcirco dicuntur, quod sint tanquam aliarum fontes & cardines, & quemadmodũ ostium in cardine, sic omnis honesta vita ratio in illis versetur, ac boni operis vniuersa structura eidẽ inniti quodammodo videatur. Prosper. de vita contempl. lib. 3. cap. 18. Ambr. lib. 1. offic. cap. 24. & seqq.

Eiusmodi verò quatuor numerantur: Prudentia, Iustitia, Temperantia, & Fortitudo; de quibus ita scriptũ extat: 1. Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutẽ: quibus vtilius nihil est in vita hominibus. *Vbi per sobrietatẽ* 2. *temperantia, per virtutẽ fortitudo haud obscurè designatur, omnesq; illa nobis ita cõmendantur, vt ab æterna Sapientia, qui Deus est, eas propriè conferri, & ingenti cum fructu humanæ salutis accipi atq; exerceri, certò intelligamus. Quæ virtutes etiam officiales dictæ sunt, quoniã ab ijs, vt Ambrosius* 3. *annota-* 1. Sap. 8. c 2. Aug. 1. lib. Retract. c. 7 3. Lib. 1. off. cap. 25.

uit nascuntur officiorum genera cunctaq; communis vitæ officia secundum suam cuiusq; vocationem deriuantur.

II.

Quomodo Cardinales virtutes definiuntur?

Definit eas sic Aug lib. 1. de lib. arbitr. c. 13. & lib. de morib. Eccle. Cathol. c. 15. De his in lib. officiorũ disserit Ambros. Prosper. li. 3. de vita contemp. c. 18. & seq. Bern. ex paruis sermonib. serm. 35.

PRudentia *est virtus, qua secundum honesti rationem quid expetendũ, quid ue fugiendũ sit, homini præscribit. Iustitia est virtus, qua cuiq; sua tribuuntur. Temperantia est virtus voluptatum carnis, quæ gustu atq; tactu percipiuntur, moderatrix. Fortitudo est virtus, qua labores mortisq; pericula constanter & suscipiuntur, & perferuntur.*

1. Libro 2. de Genes. cont. Manic. c. 10. Item Ambr. in lib. de paradiso cap. 3.

2. lib. 1. contra Academicos, cap. 7.

Hæc est nobilis quadriga virtutum, qua in cælum vehimur: hæc flumina quatuor paradisi, vt Augustinus 1. vocat, cuius & hoc dictum extat memorabile: Illa est inquit, 2. humanarum rerum scientia, quæ nouit lumen prudentiæ, temperantiæ decus, fortitudinis robur, iustitiæ sanctitatẽ. Hæc enim sunt quæ nullam fortunam metuentes, verè nostra dicere audemus.

III.

Quo pacto Prudentia nobis sacris litteris commendatur?

3. Eccl. 32. d

P*Rudenter monet Ecclesiasticus in hunc modum:* 3. Fili sine consilio nihil facias,

cias, & post factum non pœnitebis. *Item* 4. Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. *Tum fons omnis sapientiæ prudentiaque Christus, Verus ille Salomon, ita docet*: 5. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ: *Vt intelligamus, ad perfectam prudentiam Vtrumque coniunctim requiri, columbinam Videlicet simplicitatem, qua innocentes mitesque facit*: *& serpentinam prudentiam, qua homines cautos ac prouidos reddit, Vt nec fallant ipsi, neque ab Vllo fallantur. id fiet si Paulina doctrina nos accommodemus*: 1 Videte fratres, *inquit*, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei 2. bona scilicet, & beneplacens & perfecta. *Atque huc pertinet dictum Salomonis*: 3. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur. 4. *Et illud*: In facie prudentis lucet Sapientia. *Demum quod idem affirmat*. 5. Cor prudentis possidebit scientiam, & auris sapientium quæret doctrinam.

4. Eccl. 3. d
5. Matt. 10. b
Ibi 1. Theophil.
1. Ephe. 5. d
2. Rom. 12. a
3. Prou. 13. d
4. Pro. 17. d
5. Proue. 18. c

IV.

De iustitia quid porro Scriptura tradit?

6.Pro.14.d IVstitia 6. eleuat gentem; 7. Iustitia fir-
7.Pro.10.b matur solium, 8. Melius est parũ cum
8.Ibidem. iustitia, quam multi fructus cum iniqui-
tate. *Cuius quidem iustitiæ officium no-
bis per Apostolum his verbis explicatur; 9.*
9.Rom, 13.c Reddite omnibus debita: cui tributum,
tributum; cui vectigal, vectigal cui ti-
morem, timorem; cui honorem, hono-
10.Psal.14.a.b rem. *Huc spectant iusti & beati viri par-
tes, sic in Psalmo 10. decantata.* Qui non
egit dolum in lingua sua; nec fecit pro-
ximo suo malum, & opprobrium non
accepit aduersus proximos suos; Qui iu-
rat proximo suo, & non decipit; qui pe-
cuniam suam non dedit ad vsuram, &
munera super innocentem non accepit.
*Ex quo facilè constat Iustitiæ nomen con-
tractius hic accipi, quàm vbi generatim de
Iustitia Christiana disseruimus.*

V.

Quo modo Temperantiam Scriptura docet?

1.Rom.13.d AD vitandam intemperantiam hæc
4.Luc.21.f *Scriptura nobis iniungit, 1. ne carnis
curam in desiderijs faciamus, 2. neue per
gulam corda nostra in crapula & ebrieta-*

*te aliquando grauemus. Cæterum ad exci-
tandā temperantiam hortatur, vbi 3. vult* 3.1.Pet.5.b
nos esse sobrios & vigilare, hoc est, sacris vi- Ephes.4.f
*giliis & orationibus aptos esse, vt nullum
Sathanæ locum demus. Monet igitur &* 4.Eccl.31.b
*Ecclesiasticus: 4. Vtere quasi homo frugi his
quæ tibi apponuntur, vt non cum mandu-
cas multum, odio habearis. Neq; tacet idem
de fugienda ebrietate; 5. Vinum quippe* 5.Ibidem d
*multum potatum, irritationem, & iram &
ruinas multas facit. Quin etiam vt idem* 6.Eccl.19.a
*ait: 6. Vinum & mulieres apostatare fa-
ciunt sapientes. Igitur de potu vini tempe-
ratè sumendo hoc etiam addit; 1. Exultatio* 1.Eccle.31.d
*animæ & cordis vinum moderate potatū.
Sanitas est animæ & corpori sobrius potus.* 2.Eccle.10.d
Quare alibi quoq; scriptum legimus; 2.
Beata terra, cuius principes comedunt in 3.Eccl.37.d
tempore suo ad reficiendum, & non ad
luxuriam. 3. Qui autem abstinens est, ad-
ijciet ad vitam. *Sed hæc temperantia vir-
tus etiam latius, quam admoderatam cibi* 4.Matt. 3.a 12.c
potusq; sumptionem se porrigit. Ioannes 4. Marc. 1.a
*Baptista si quis vnquam alius, temperan-
tia, abstinentia, imo & continentia omnis
exemplum se nobis absolutum præbuit, cum
luxum omnem in victu habituq; sibi præ-
cidit, & summa frugalitate contentus vi-
tam in eremo traduxit.*

VI.

De fortitudine quid Scriptura monet?

AD hanc colendā satis hortatur, cùm timorem improbum nobis adimit, & Christianæ mentis fiduciam, alacritatem, constantiam atq; magnanimitatem commendat: 5.Prou.28,a 5. Fugit impius nemine persequente, *inquit Salomon*: iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.
1,1.Pet. 3,c *Et Petrus de fidei ac pietatis hostibus hoc admonet*, 1. Timorem eorum ne timueritis, neque conturbemini. 2, Ibidem. Quis est, *inquit* 2. qui vobis noceat: si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. *Paulus verò, cùm esset ipse Christi miles inuictus, ad veram & Christianam fortitudinem alios excitat sæpe*: 3.1.Cor.15.g Fratres, inquit, 3. mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes 4.Ephe.6.b quod labor vester nō est inanis in Domino. *Ac rursum* 4. Fratres confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.

5.Psal. 57.a *Fortis viri voces hæ sunt propriæ*, 5. In Deo speraui non timebo quid faciat mihi

hi caro 6. Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. 7. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, nõ timebo mala, quoniã tu mecũ es 8. Quis nos separabit à charitate Christi? 9. Omnia possum in eo, qui me confortat. *Hoc est quod Rex fortissimus David ad omnes Dei filios suosq; commilitones veluti classicum canens, dixit 1. Viriliter agite confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. 2. In Deo faciemus virtutem & ipse ad nihilũ deducet tribulantes nos.*

6. Psal. 26. a
7. Psal. 22. a
8. Rom. 8. g
9. Phil. 4. c.
Psal. 30. d
2. Psal. 107.
3. Prou. 4. d

Ea verò demum vita homine Christiano digna est, quæ prudenter, iustè, tẽperanter fortiterq; viuitur: hinc aurea mediocritas constat, vt ne quid nimis, & ne quid minus. Hoc est, quod Scriptura loquitur. Ne declines ad dexteram, neq; ad sinistram.

Esa. 11. a. Ibid. Hieron. Amb. l. 1. de Spiri. S. ca. 20. Aug. ser. 209. de temp. & 17. de Sanctis. Item l. 1. de ser. Domi. in monte c. 9. Greg. ho. 19. in Ezech. & l. 1. moral. c. 28. Item 35. moral. cap. 7. Bern. in ser. 7. de donis Spiritus S.

DE DONIS ET FRVCTIBVS SPIRITVS SANCTI.

I.

Quot sunt dona Spiritus sancti?

E*A septem apud Isaiam 3. Prophetam & Ecclesiæ Patres inueniuntur: Spiritus*

tus sapientia, intellectus, Consilij, Fortitudinis, Scientia, Pietatis ac demum Spiritus timoris Domini.

4.Orig.ho. 3.in Esai.1& homil.6.in Num. 5.Ioan.1.b Col 2.b 6.Ioan.1,b] * 1.Ioan.4.c 1.Rom.8.b

Quæ quidem dona; vel Spiritus in Christo Iesu Domino nostro 4. perfectius, quam in vllo alio, reperiuntur. Is enim plenus 5. est gratia, & veritatis; in illo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. 6. De plenitudine eius nos omnes accepimus, * *qui & de Spiritu sancto suo dedit nobis. 1.* Si quis *autem* Spiritum Christi non habet hic non est eius, *si Apostolo credimus.*

II.

2.Gal.5.d

Quot sunt fructus Spiritus?

A *Beodem Apostolo 2. Paulo duodecim numerantur.*

3.1.Cor.13. Aug.in epist. Ioan.tract.5. Et in Euang. Ioā.tract.87. De fructibus Spiritus videatur Hier. Chrys. Theodor. & Theophil. in epist. ad Gal. Item August. tract. 87. in Ioan.

Primus est Charitas, *fructus quidem generosissimus, ac radix etiam bonorum omnium, sine 3. qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ ipsa non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus vt inquit Augustinus.*

Alter fructus est Gavdivm, *hoc præstans vt homo spiritualis alacriter læteque seruiat Deo.*

Tertius Pax, *quæ eo spectat, vt in huius mundi procellis animi seruetur tranquillitas.*

Quar-

Quartus PATIENTIA, *quæ in duris ferendis est sita.*

Quintus LONGANIMITAS, *quæ magnitudinem animi, in futuris bonis exspectandis declarat.*

Sextus BONITAS, *quæ nulli nocet sed bene vult omnibus.*

Septimus BENIGNITAS, *inuitans ad familiaritatem, dulcis alloquio, moribus, temperata.*

Octauus MANSVETVDO, *quæ omnes iræ motus sedat & mitigat.*

Nonus FIDES, *in proximum vt fideles, pactorumq; ac promissorum obseruatores simus.*

Decimus MODESTIA, *quæ omnem fastus & arrogantiæ suspicionem excludit.*

Vndecimus CONTINENTIA, *qua non solum ab escis, sed etiam ab omni nequitia abstinemus.*

Duodecimus CASTITAS, *quæ mentem castam in corpore casto conseruat.*

III.

Quomodo doctrina de donis & fructibus Spiritus ritè vtemur?

I*Ta videlicet, si gratis animis, vnde illa nobis proueniunt, agnoscamus, ac eorundem virtutem & vsum in nobis efficacem, sentiamus, exprimamus atq; conseruemus*

rem-

infirmor? quis scandalizatur, & ego non
4.Rom.9.a vror? *Et iterum* 4. Tristitia mihi magna
5.Rom.9.a est, & continuus dolor cordi meo. 5. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. *Tum alibi*: 6.
6.2.Cor.12.c Ego libentissimè impendã, & super impendar pro animabus vestris abundantius, licet plus vos diligens minus diligar.

XVIII.

Quæ summa est doctrinæ omnis de misericordiæ operibus præstandis?

Apostolus *rem omnem hoc quasi Vnico Verbo complexus est*: 7. Alter alteri-
7.Gal.6.a us onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi, *puta legem charitatis. De qua le-*
8.Rom.13.c *ge rursus idem*: 8. Si quod mandatum, in
Gal.5.c hoc verbo instauratur; Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Et Petrus A-*
1.1.Pet.4.b *postolus*; 1. Ante omnia, *inquit*, mutuam in vobis ipsis charitatem continuam habentes; quia charitas operit multitudinem peccatorum. *Quod charitatis misericordiaq; præstandæ præceptum ac officium, Vt est naturæ ac rationi maximè consentaneum; sic ad omnes etiam se porrigit, Vt hinc scriptum legamus*; 2. Vnicuique
2.Eccle.17.c mandauit Deus de proximo suo. *Ita Vero mandauit, Veluti Christus interpreta-*

tur 3. Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis, Hæc est enim Lex & Prophetæ. 3. Matth. 7 b Luc. 6. a

DE VIRTVTIBVS CARDINALIBVS.

I.

Quid sibi vult nomen & ratio Cardinalium virtutum?

Cardinales quædã virtutes idcirco dicuntur, quod sint tanquam aliarum fontes & cardines, & quemadmodũ ostium in cardine, sic omnis honesta vitæ ratio in illis versetur, ac boni operis vniuersa structura eisdẽ inniti quodammodo videatur. Eiusmodi vero quatuor numerantur; Prudentia, Iustitia, Temperantia, & Fortitudo; de quibus ita scriptũ extat: 1. Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutẽ: quibus vtilius nihil est in vita hominibus. *Vbi per sobrietatẽ 2. temperantia, per virtutẽ fortitudo haud obscure designatur, omnesq; illa nobis ita cõmendantur, vt ab æterna Sapientia, qui Deus est, eas propriè conferri, & ingenti cum fructu humanæ salutis accipi atq; exerceri, certò intelligamus. Quæ virtutes etiam officiales dictæ sunt, quoniã ab ijs, vt Ambrosius 3. annota-*

Prosper. de vita contempl. lib. 3. cap. 18. Ambr. lib. 1. offic. cap. 24. & seqq.

1. Sap. 8. c

2. Aug. 1. lib. Retract. c. 7

3. Lib. 1. off. cap. 25.

uit nascuntur officiorum genera cunctaq́; communis vitæ officia secundum suam cuiusq́; vocationem deriuantur.

II.

Quomodo Cardinales virtutes definiuntur?

Definit eas sic Aug lib. 1. de lib. arbitr. c. 13. & lib. de morib. Eccle. Cathol. c. 15. De his in lib. officiorũ differit Ambros. Prosper. li. 3. de vita contemp. c. 18. & seq. Bern. ex paruis sermonib. serm. 35. 2. Libro 2. de Genes. cont. Manic. c. 10. Item Ambr. in lib. de paradiso cap. 3 2. lib. 1. contra Academicos, cap. 7.

PRudentia *est virtus, quæ secundum honesti rationem quid expetendũ, quid ue fugiendũ sit, homini præscribit. Iustitia est virtus, qua cuiq́; sua tribuuntur. Temperantia est virtus voluptatum carnis, quæ gustu atq́; tactu percipiuntur, moderatrix. Fortitudo est virtus, qua labores mortisq́; pericula constanter & suscipiuntur, & perferuntur.*

Hæc est nobilis quadriga virtutum, qua in cœlum vehimur: hæc flumina quatuor paradisi, vt Augustinus 1. vocat, cuius & hoc dictum extat memorabile: Illa est inquit, 2. humanarum rerum scientia, quæ nouit lumen prudentiæ, temperantiæ decus, fortitudinis robur, iustitiæ sanctitatẽ. Hæc enim sunt quæ nullam fortunam metuentes, verè nostra dicere audemus.

III.

Quo pacto Prudentia nobis sacris litteris commendatur?

3. Eccl. 32. d

PRudenter *monet Ecclesiasticus in hunc modum:* 3. Fili sine consilio nihil facias,

cias, & post factum non pœnitebis. *Item* 4. Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. *Tum fons omnis sapientiæ prudentiæq; Christus, Verus ille Salomon, ita docet*: 5. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ: *Vt intelligamus, ad perfectam prudentiam Vtrumque coniunctim requiri, columbinam videlicet simplicitatem, quæ innocentes mitesq; facit: & serpentinam prudentiam, quæ homines cautos ac prouidos reddit, Vt nec fallant ipsi, neq; ab Vllo fallantur. Id fiet si Paulina doctrina nos accommodemus*: 1 Videte fratres, *inquit*, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei 2. bona scilicet, & beneplacens & perfecta. *Atq; huc pertinet dictum Salomonis*: 3 Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum similis efficietur. 4. *Et illud*: In facie prudentis lucet Sapientia. *Demum quod idem affirmat*, 5. Cor prudentis possidebit scientiam, & auris sapientium quæret doctrinam.

4. Eccl. 3.d
5. Matt. 10.b Ibi 1. Theophil.
1. Ephe. 5.d
2. Rom. 12.a
3. Prou. 13.d
4. Pro. 17.d
5. Prou. 18.c

IV.

De iustitia quid porro Scriptura tradit?

6.Pro.14.d IVstitia 6. eleuat gentem; 7. Iustitia fir-
7.Pro,10.b matur solium. 8. Melius est parū cum
8.Ibidem. iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. *Cuius quidem iustitia officium nobis per Apostolum his verbis explicatur;* 9.
9.Rom,13.c Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, hono-
10.Psal.14.ab rem. *Huc spectant iusti & beati viri partes, sic in Psalmo 10. decantata.* Qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos; Qui iurat proximo suo, & non decipit; qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit. *Ex quo facilè constat Iustitia nomen contractius hic accipi, quàm vbi generatim de Iustitia Christiana disseruimus.*

V.

Quo modo Temperantiam Scriptura docet?

1.Rom:13.d AD *vitandam intemperantiam hæc*
4.Luc.21.f *Scriptura nobis iniungit, 1. ne carnis curam in desiderijs faciamus, 2. neue per gulam corda nostra in crapula & ebrieta-*

te

te aliquando grauemus. Caterum ad excitandā temperantiam hortatur, Vbi 3. Vult nos esse sobrios & Vigilare, hoc est, sacris Vigilijs & orationibus aptos esse, Vt nullum Sathana locum demus. Monet igitur & Ecclesiasticus: 4. Vtere quasi homo frugi his qua tibi apponuntur, Vt non cum manduces multum, odio habearis. Neq; tacet idem de fugienda ebrietate; 5. Vinum quippe multum potatum, irritationem, & iram & ruinas multas facit. Quin etiam Vt idem ait: 6. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes. Igitur de potu Vini temperatè sumendo hoc etiam addit; 1. Exultatio anima & cordis Vinum moderatè potatū. Sanitas est anima & corpori sobrius potus. Quare alibi quoq; scriptum legimus; 2. Beata terra, cuius principes comeduntin tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. 3. Qui autem abstinens est, adijciet ad vitam. *Sed hac temperantia Virtus etiam latius, quam admoderatam cibi potusq; sumptionem se porrigit. Ioannes 4. Baptista si quis Vnquam alius, temperantia, abstinentia, imo & continentia omnis exemplum se nobis absolutum prabuit, cum luxum omnem in Victu habituq; sibi pracidit, & summa frugalitate contentus Vitam in eremo traduxit.*

3.1.Pet.5.b
Ephes.4.f
4.Eccl.31.b
5.Ibidem d
6.Eccl.19.a
1.Eccle.31.d
2.Eccle.10.d
3.Eccl.37.d
4.Matt.3.a 11.c
Marc.1.a

VI.

De fortitudine quid Scriptura monet?

AD *hanc colendã satis hortatur, cùm timorem improbum nobis adimit, & Christianæ mentis fiduciam, alacritatem, constantiam atq; magnanimitatem commendat*: 5. Fugit impius nemine perse-
5. Prou.28,a quente, *inquit Salomon*: iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.
5.1.Pet. 3,c *Et Petrus de fidei ac pietatis hostibus hoc*
2. Ibidem. *admonet*, 1. Timorem eorum ne timueritis, neque conturbemini. Quis est, *inquit* 2. qui vobis noceat: si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. *Paulus verò, cùm esset ipse Christi miles inuictus, ad veram & Christianam fortitudinem alios exci-*
3.1.Cor.15,g *tat sæpe*: Fratres, inquit, 3. mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes
4. Ephe, 6,b quod labor vester nõ est inanis in Domino. *Ac rursum* 4. Fratres confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.
5. Psal. 57.a *Fortis viri voces hæ sunt propriæ*, 5. In Deo speraui non timebo quid faciat mihi

hi caro 6. Dominus protector vitæ meæ 6. Psal. 26. a
à quo trepidabo? Si consistant aduersum
me castra, non timebit cor meum. 7. Si 7. Psal. 22. a
ambulauero in medio vmbræ mortis, nō
timebo mala, quoniā tu mecū es 8. Quis 8. Rom 8. g
nos separabit à charitate Christi? 9. Om- 9. Phil. 4. c.
nia possum in eo, qui me confortat. *Hoc
est quod Rex fortissimus Dauid ad omnes
Dei filios suosq́; commilitones veluti classi-
cum canens, dixit: 1.* Viriliter agite con- Psal. 30. d
fortetur cor vestrum, omnes qui speratis
in Domino. 2. In Deo faciemus virtutem 2. Psal. 107.
& ipse ad nihilū deducet tribulantes nos.

Ea verò demum vita homine Christiano 3. Prou. 4. d
digna est, qua prudenter, iustè, tēperanter Esa. 11. a. Ibidē Hieroni
fortiterq́; viuitur: hinc aurea mediocritas Amb. [illegible] 1. de
constat, vt ne quid nimis, & ne quid mi- Spiritu S. cap.
nus, Hoc est, quod Scriptura loquitur. Ne 20. Aug. ser.
declines ad dexteram, neq; ad sinistram. 239. de temp.
& 17. de Sanctis. Item [illegible]
de ser. Domi-
ni in monte c. 9.
Greg. ho. 19.
in Ezech. &
l. 1. moral. c.
28. Item 35.
moral. cap. 7.
Bern. in ser.
7. de donis
Spiritus S.

DE DONIS ET FRV-CTIBVS SPIRITVS SANCTI.

I.

Quot sunt dona Spiritus sancti?

E*A septem apud Isaiam 3. Prophetam
& Ecclesiæ Patres inueniuntur: Spiri-*
tus

Quartus PATIENTIA, *quæ in duris ferendis est sita.*

Quintus LONGANIMITAS, *quæ magnitudinem animi, in futuris bonis exspectandis declarat.*

Sextus BONITAS, *quæ nulli nocet sed bene vult omnibus.*

Septimus BENIGNITAS, *inuitans ad familiaritatem, dulcis alloquio, moribus, temperata.*

Octauus MANSVETVDO, *quæ omnes iræ motus sedat & mitigat.*

Nonus FIDES, *in proximum vt fideles, pactorumq; ac promissorum obseruatores simus.*

Decimus MODESTIA, *quæ omnem fastum & arrogantiæ suspicionem excludit.*

Vndecimus CONTINENTIA, *qua non solum ab esçu, sed etiam ab omni nequitia abstinemus.*

Duodecimus CASTITAS, *quæ mentem castam in corpore casto conseruat.*

III.

Quomodo doctrina de donis & fructibus Spiritus ritè vtemur?

I*Ta videlicet, si gratis animis, vnde illa nobis proueniunt, agnoscamus, ac eorundem virtutem & vsum in nobis efficacem sentiamus, exprimamus atq; conseruemus*

rur-

*Proueniunt certè ab omnis gratiæ fonte Pa-
tre 1. illo luminum, qui nobis suam bonita-*
1. Iacob. 1. c *tem & charitatem immensam in his com-*
2. Tit. 3. b *mendat, dum per Christum in nos 2. tam*
3. Rom. 5. a *abunde Spiritum suum effundit.* 3 Chari-
tas *enim Dei, vt Apostolus testatur*, dif-
fusa est in cordibus nostris per Spiritum
sanctum, qui datus est nobis, *secundum
hanc gratiam scilicet septiformem, Christo
nobis ita promerente.* 1 Qui credit in me,
1. Ioan. 7. f *inquit, sicut dicit Scriptura*, flumina de
ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem
dixit de Spiritu, quem accepturi erant
credentes in eum, *vt ipse explicat Euan-
gelista, alioquin absque Christo, sicut Hiero-
nymus 2 dixit, nec sapiens quis esse potest,*
2. In caput *nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis,*
Esaiæ 11. *nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris
Dei.*

*Virtus autem & vsus horum donorum
spiritualium eò spectat, vt Virtutes Theo-
logicæ simul & Cardinales, quas diximus,
suam in nobis vim & operationem legiti-
mam expediant, & expedite perficiant. Ef-
ficiunt quoque, vt homines prorsus liben-*
3. Psal. 142. *tes & habiles ducem 3 Spiritum sanctum*
c. 50. c. & 118. *vbique sequantur, atque eodem incitati*
d *& confirmati, in vias mandatorum Dei in-
defesse procurrant, vereque spirituales &*

Dei

Dei filij effi. iantur. 4 Quicunque enim Spiritu Dei aguntur hi sunt filij Dei *Apostolo teste.* 4.Rom.8.a

De his donis prolixum esset nunc agere singulatim; inde porro suauissimi fructus Spiritus consequuntur, qui nos velut frugiferas 1. arbores in Ecclesia agro commendant atque ostendunt, secundum illud: 2. Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autē arbor malos fructus facit. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. *Qui fructus etiam illud cōmodi afferunt, vt homo Christianus aduersus carnis opera velut spirituali quadā armatura sit instructus & confirmatus. Nunquā enim fallet Canon Apostolicus qui habet* 3. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. *Et alibi scriptum est:* 4 Si Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

1. Psal 51. 1
2. Matth.7.c
3 Gal.5.a
4. Rom.8.a

IV.

Quæ sunt carnis opera?

E*A sunt de quibus Apostolus ita disserit:* 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietas, commessatio-

5. Gal.5.c Vide Aug. li. 14. de ciuit. Dei cap.2.

tiones, & his similia; quæ prædico vobis sicuti prædixi; quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur. *Et subiungit* 6. Qui autem Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs *Tum alibi* 7. Qui in carne sunt *Vt secundum carnis videlicet desideria ambulent*, Deo placere non possunt. *Monet igitur idem Apostolus* : 2. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet; quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

6 Ibidem d
7 Rom. 8. b. Aug. de verbi. Apostol. serm. 6.
2. Gal. 6. b

DE OCTO BEATITVDINIBVS.

I.

Quænam sunt Euangelicæ legis Beatitudines?

3 Ambros. in 6. cap. Lucæ. 4. Matt. 5. a Vide Chrys. Hier. Theo phyl. in Matt. Aug. li. 2. de serm. Domin. Innoce. cap. 2. & seq.

ILLA *sanè sunt, quas & Dominicas Beatitudines, & Benedictiones Ambrosius* 3 *vocat, quæ apud Matthæum Euangelistam octenario numero recensentur in hunc* 4. *modum.*

1. Beati pauperes Spiritu; quoniā ipsorum est regnum cœlorum.

2. Bea-

2. Beati mittes: quoniam ipsi possidebunt terram.

3. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

4. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã; quoniam ipsi saturabuntur.

5. Beati misericordes; quoniã ipsi misericordiam consequentur.

6. Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt.

7. Beati pacifici; quoniam filij Dei vocabuntur.

8, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Chromatium Episcopũ in declamatione de octo beatitudinib. & in 5. cap. Matt. Præterea Bernar. in ser. 2. in festo omnium Sanctorum, & serm. 4. de aduentu Domini.

II.

Quare hæc de Beatitudinibus doctrina est obseruanda?

QVoniam prima & maxima pars est legis Euangelicæ, quã Christus 1. Legifer noster in monte tradidit ore suo sacro sancto, vt considerarent omnes, quid Christiana Iustitia vltra fidem complectatur & postulet: deinde scirent, quomodo iustis corona iustitiæ vt Paulus 2. vocat, vel merces plena 3 æternaq; non sine labore obueniat. Nã hinc etiam Iacobus affirmat, 4. Beatus vir, qui suffert tentationem; quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.

1. Esai. 33 d Matth. 5. a

2. 2. Timoth 4. b

3 2. Ioan. ep.

4. Iacob. 1. b

Quod

III.

Quid vero circa hanc de Beatudinibus doctrinam præcipue notandum est?

Bern. serm. 1. de festo omnium Sanctorum.

Primum quidem obseruari debet, gradus inter eas distinctos esse, vt ex ipsarum numero, tum ordine perspicitur. Deinde quolibet in gradu coniunctim duo proponuntur, quorum alterum ipse sit actus virtutis; seu meritum & Beatitudo (vt nuncupant) huius vitæ, alterum vero æternæ vitæ præmium suo merito congruens, quam beatitudinem patriæ licet appellare. Sicuti autem prior pars laborem & difficultatem offert credentibus; ita posterior quæ statim in singulis gradibus adijcitur, magnitudine propositi præmij consolationem admiscet, leniitq; labores, sudores & agones in Christiana militia omnibus perferendos: 1. Non enim coronabitur nisi qui legitimè certauerit, 2. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem 3. Quæ seminauerit homo, hæc & metet, *vt constanter gentium doctor asseuerat. Quamobrem Dominus priusquam 4. tremendum se iudicem orbi sistat, id expectationem aduentus sui omnes his verbis excitat;* 5. Ecce venio cito, *inquit*, & merces mea mecum

1. 2. Tim. 2. a
2. 1. Cor. 3. b.
3. Gal. 6.
4. Hebr. 10. c Actor. 17. g
5. Apoc. 22. g

tum est, reddere vnicuique secundum o- 1. Apoc. 3. 8
pera sua. 1. Qui vicerit, dabo ei sedere in Matth. 10. &
throno meo: *quæ demum summa, æterna* Luc. 22. e
& absoluta est Beatitudo. At vana est pror-
sus mundi de beatitudine sententia, quæ
permultos interim fallit ac perdit. Nam
beati ferè vulgò putantur diuites, præpoten-
tes, gloria & authoritate clari, bonis fortu-
næ affluentes, voluptatibus indulgentes.
Verum Christus 2. væ væ istis opponit, &
liberè sic istos 3. acclamat: Popule meus 2. Luc. 6. d 3. Esa. 3. c
qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, &
viam gressuum tuorum dissipant. 4 Bea- 4. Psal. 143.
tus populus, cuius Dominus Deus eius,
nimirum vt authorem benè suum beateq́ue
viuendo semper prædicet.

DE CONSILIIS EVANGELICIS.

I.

Quæ dicuntur Euangelica consilia? Aug. ser. 61. de temp. & in Ench. ca. 21. Item lib. 1. de adulterinis coniugijs ca. 14. & lib. de sancta virginitate ca. 14. 1. Cor. 7. d. Matth. 19. e

E*A videlicet, quæ cum ad salutem con-*
sequendam simpliciter necessaria non
sint, tamen vt paranda salutis ratio expe-
ditior habeatur ac facilior à Christo propo-
nuntur atq́ue consuluntur.

Vnde discrimen, quod Scriptura inter
præcepta & consilia statuit est sedulo re-
tinen-

tinendum, ut illa quidem tanquam obseruatu necessaria, praescribi: haec vero ut perfectam praeceptorum obseruationē promouentia suaderi, ac sponte suscipi intelligamus. Hinc Apostolus, cum de obseruando

2.1. Cor.7.d Cypr. in ser. de natiuitate Christi. 3. Serm. 61. de tempore.

caelibatu docere vellet, ita pronunciat.2. De virginibus praeceptum Domini non habeo: Consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Deo, ut sim fidelis. Quo spectat quod Augustinus perspicuè dixit: 3. aliud est consilium, aliud praeceptum. Consilium datur, ut virginitas conseruetur, ut a vino & à carnibus abstineatur, ut vendantur omnia, & pauperibus erogentur. Praeceptum vero datur, ut iustitia custodiatur, ut omnis homo diuertat à malo, & faciat bonum. Et rursum: 4. Consilium qui libenter audierit, & fecerit, maiorem habebit gloriam. Praeceptum qui non impleuerit, nisi poenitentia subuenerit, euadere poenam non poterit. Augustino consonat Ambrosius: cùm ita scribit: Non praecipitur quod supra legem est, sed magis datur suadetur consilio, & quod tutius est, demonstratur. Item: Consilium inuitat voluntarios: praeceptum etiam adstringit inuitos. Neq; aliter sensit Hieronymus, ut haec eius 1. verba declarant è. Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: praeceptum

4. Ibidem.

5. Ambr. ep. 80. ad Ecclesiam Vercellensem.

1. Lib. 1. adu. Iouinianum.

necessi

riam, necessitas est seruientis. Sed maioris mercedis, inquit, 2. quod non cogitur, & fertur. 2. Ad Eustochium de virginitatis custodia.

II.

Quot sunt Euangelica consilia?

Omnia enumerare hoc loco nō attinet: principalia vero tria sunt, de Paupertate, Castitate & Obedientia cōplectentia, sicut è sacris literis Patres intellexerūt. 3. Paupertas ad eos pertinet, qui semel omnia relinquunt, vt Christum exemplo Petri & Apostolorum perfectè sequantur. 4. Castitas eorum est, qui seipsos castrauerunt propter Regnum cælorum: & vti Tertullianus dixit, 5 se voluntarios probant spadones 6. Obedientiam verò præstant, qui, vt seipsos plenè abnegent, non solū à cupiditatibus, verum etiam voluntate sua, quod Scriptura 7. admonet, prorsus auertuntur, dum eius, quem sibi superiorem Christi loco legerunt, voluntati sese totos subijciunt.

3. Mat. 19. d. Actor. 4. g
4. Mat. 19. b Eu. feb. lib. 2. hist. ca. 17. & Niceph. li. 2. c. 17. ex Philone de vita contempl.
5. Libro 1. ad vxorem & August li. 30. contra Faust. cap. 4.
6. Matt. 16. d. Luc. 9. c
7. Eccl. 18. d

Huiusmodi consilia Christus perfectionis Euangelicæ absolutum exemplar, non verbo tantum docuit, vti mox ostendemus, sed etiam exemplo vitæ suæ sanctissima nobis confirmauit, qui 8. cum diues esset, propter nos pauper factus est, non habens vbi caput reclinaret: qui Virgo etiam ex Virgi-

8. 2. Cor. 8. b Matth. 8. c

ne signatus, & sanctarum Virginum sponsus, & amator idem castissimus vsque perseuerat; qui tam sedulus demum in præstanda obedientia fuit, vt 2 matri Virginis adeo sub[i]ectus subditus, & ad mortem vsque crucis obediens factus, de seipso testetur; 3 Descendi de cœlo: non vt faciam voluntatẽ meam, sed voluntatem eius, qui misit me.

1 Esaiæ 7 c. Hieron. contra Ioan. li. 1. & ad Eustoch. Ambr. epist. 81 & lib. 1 de virg. & hu. 2. Lucæ 3. g P. u. 2 b. 3. Ioan. 6. d

III.

Vbi consilium paupertatis Euangelicæ à Christo docetur.

4. Matt. 19. c 5. Hieron. ad Heliod. & ad Rusticum. Item in c. 19. Matt. & ad Demetriadẽ de seruanda virg. Quest. 11. ad H[edi]biam. & a. Pammachium [...] ibi Paulinæ & filq 9. [...] Damas. in hist. Bar[la]am & Iosap. Chrys. [...] Pa[...] H. S[...] Pius [...] & Aq[...] D[...]

A *pud Matthæum eo in loco ostenditur, qui sequitur diuinorum præceptorum enumerationem; de quibus præceptis v[n]icu quę citra exceptionem dictum est;* 4 Si vis ad vitã ingredi serua mandata. 5 *deinde consilium de voluntaria paupertate suscipienda proponitur, addita verborum formula singulari, quæ illud capessentium arbitrio relinqueret. Ait enim Dominus;* 6 Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me, 7 *Vbi non solum ita consulit Dominus, verum etiam quasi calcar addit, & vt homines ad consilium hoc amplectendum incitatiores faciat, præmij proponit magnitudinem, quo eos alliciat atque cohortetur. Sic enim fore promittit, vt qui omnibus præ-*

prel

er Christus in relictis pauper est, ut habeat [illegible] futurum in cœlo, accipiat 1 centuplum [illegible] possideat vitam æternam, quæ diuitibus [illegible] aditu est 2 per difficilis.

Huiusmodi paupertatis cultores ac pro[illegible] fores 3 erant Apostoli, quorum nomine [illegible] dixit Petrus ad Christum; 4 Ecce [illegible] reliquimus omnia, & secuti sumus [illegible]

Hi accedunt nascentis Ecclesiæ [illegible] qui vt Lucas testatur. Vendebant [illegible] possessiones, & pecuniam ex his confl[illegible] communem vsum conferebant, ita vt [illegible] suum esse diceret aliquid, quoniam [illegible] & communia apud ipsos manebant omnia.

Quæ paupertas id demum requirit, vt [illegible] voluntaria, plenaq; sit ab licatio facultatum, quarum nulla proprietas [illegible] [illegible] hic locum habet [illegible] & anti[illegible] probata sententia; 7 Bonum est fa[illegible] [illegible] dispensatione pauperibus e[illegible] melius est pro intentione [illegible] minimum insimul donare, & absolutum [illegible] solicitudine, cum Christo egere.

M 2 Vbi

1. Matt. 19. & ibid. Hilar. Euthymius. & Anselm. item Theophil. & Beda in Marc. Cass. c. 11 24. c. 26 Greg. tom. 1. 18. in Ezech. B[illegible] de c[illegible] tendis facultatibus.
2. Matt. 10.
3 August. lib. 17. de ciuitate Dei c. p. 4.
4. Ibide [illegible]
5. Actor. 4. & Niceph. lib. 2. cap. [illegible] Hist. [illegible] [illegible] de [illegible] Aug. [illegible] Psal. 132 Possi[illegible] in vita Aug. cap. 5. Cass. 8 & c. 11. 3. [illegible] Basil. in const. ex[illegible] c. p. 34. & 18. [illegible] [illegible] comm[illegible] [illegible] Chrysost. [illegible] c. 31. Hier. [illegible] [illegible] dialog. cap. 97. & lib. 10 epist. 22. 7. Lib. [illegible] c. lef. [illegible] & Hier[illegible] [illegible] Prosp. [illegible] de vita contempl. cap. 9. Aug. lib. de bo. o coniug. cap. 8.

IV.

Vbi Castitatis consilium commendatur?

TVm in Euangelicis, tum in Apostolicis literis. Laudat ergo 2. Christus illud genus Eunuchorum, qui propter regnum cælorum seipsos castrauerũt. Et ne præceptum hoc esse magis quàm consilium putaremus, mox subijcit: 3. Qui potest capere capiat. Quæ vox quasi hortantis est Domini, vt recte Hieronymus 4 interpretatur, & milites suos ad pudicitiæ premiũ concitantis perinde ac si dicat: qui potest pugnare pugnet, superet ac triũphet. Id ille potest, cui 5. datum est, datur autẽ omnibus, qui vt 6. Hieronymus idẽ testatur, petierint, qui voluerint, qui, vt accipiant, laborarint. Omni enim petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulsanti aperietur: Cui quidẽ castitatis præmium diuina Scriptura decernit, singulare autẽ virginũ castitati. Etenim 8. qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati sed virgines permanserũt, sine macula ante thronum Dei assistunt, cantantq; nouum canticum

2. Matt. 19. b Esa. 56. b. & ibid. Hieron. Li. 1. aduer. Iouin. Basil. de virgin. Epiph. hær. 58 contra Valesios Aug. de sancta virgi. c. 25. & 26.
3. ibidem.
4. Luc. 19. Hieron. li. 1. aduer. Iouin. Cypr. in tractat. de habitu virginum.
5. Sap. 8. d
6. in cap. 19. Matth. & Origi. tractat. 7. in Matt. August. l. 6. confess. cap. 1. Crys. hom. 63. in Matth. Naz. in orat. in dictum Euangelij. 7. Matth. 7. b. Lucæ 11. b. 8. Apoc. 14 Esai. 55. b. Cyr. catech. 4. & 15. Illumin. Mart. in epist. ad T... Ios. c. 9. & 10. Hiero. in epist. ad Philemonem. Aug. lib. de sa... virginitate cap. 27. & sequentib. Gregorius in 3. parte curæ p... cap. 29.

ram Deo & agno, ac sequuntur agnum, quocunq; ierit.

Apostolus verò planissimè dixit; Bonum est homini mulierem non tangere. Ac rursum 2. De Virginibus præceptum Domini non habeo; consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus à Deo, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonũ esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est, homini sic esse. Atq; iterũ de vidua scribens; 3. Cui vult, inquit nubat, tantum in Domino: Beatior autem erit; si sic permanserit secundum meum consilium: Puto autẽ quod & ego Spiritum Dei habeam. Apostolo pulchrè suffragatur Ambrosius vbi in hac 4. verba scribit: Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Apostolo 5. Qui iungit virginem suam, benefacit & qui non iungit, melius facit; Hac enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi, illa coniugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum: illa sub lege: ista sub gratia bonum coniugium, per quod est inuenta posteritas successionis humanæ, sed melior virginitas per quam regni cœlestis acquisita, & cœlestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per Virginem salus euenit. ita Ambr.

1. Cor. 7. a 2. Ibid. I. Vide Hier, lib. 1. adu. Iouin. Ambros. in 1 Cor. 7. & ibidem Theod. Item eundem in epist. lium. decret. cap. de virg. Chrys. in lib. de virginitate. 3. Ibidem g 4. Ep. S. ad Syr. P. patu. Legatur. iccē in libris de virg. Item in exhort. tione ad virg. & in oratione virginis. Præterea Athan. Basi. Naz. in lib. de virginitate. 5. 1. Cor. 7. g

1. Basil. serm. 2. ex reg. amé. tor. m. ... & in præfati... e cōstitutionū exercitationū. C. ... coll. at. 2. 1 c. p. 4. 2 1. Cor. 7. I ... 3. ... in Psal. 44.

Requirit autem isthæc Castitas, vt quis consilio deliberato, atq; constanti, ab omni carnis sorde, seu Venerea voluptate, incorruptum viuere studeat, atq; vitam cælibem agat continenter; vt sit sanctus 2. & corpore & spiritu propter Christū. Ergo spectans Apostolus dixit: 3. Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam benefacit.

V.

1. Ioan. 2. d Luc. 2. g 2. Mat. 20. d Luc. 22. d ... 3. Mat. 16. d Luc. 9. c ... ad Rust. Monachum. ... exercitamē ... pietatis ... quæstio 6. compendio exp. Item in cōstitutioni-bus exercitatorij, cap. 22 Greg. l. 6, 32. moral. ca. 21. Niceph. li. 11. Eccles. hist. cap. 17.

Quomodo consilium Euangelicum de obedientia nobis proponitur?

Christus Dominus primū exemplo vitæ sanctissimæ, sicut ante memorauimus, deinde verbo suo huius obedientiæ rationē perfectā nobis proposuit atq; commendauit. Venit enim non suā 1. facere voluntatē, sed Patris, & eorū, quibus fuisse subditus legitur, vt ex eodē 2. ministrare & nō ministrari, adeo vt humiliarit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem Crucis. Tū ad sui imitationē nos verbo excitans, dixit; 3 Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me. *Quæ verba, vt generatim ad omnia dicta, rectè quidē possunt accipi,*

sed peculiariter tamē atq; perfectius ad eos pertinent, qui pro suo modulo se Christo ita conformant, ut nulla in re suis esse iuris velint & alieno potius, quam suo arbitratu vivere satagunt, dum alteri eius, quem Christi loco sibi proposuerunt, voluntatem & imperium ultro sequuntur. Horum præfectus ut Basilius 4. docet, Christi personam obtinet, ac veluti mediator Dei & hominum factus salutem obedientium, Deo sacrificat. Unde quemadmodum oues pastori obediunt, ea pergentes via qua pastor ipsas duxerit, ita conuenit huiusmodi pietatis exercitatores suis obedire præfectis, non curiose inuestigando præcepta, ubi à peccato aliena fuerint: sed cum omni alacritate ac studio explendo ea quæ demandantur. De quo præfecto sic etiam post Basilium Bernardus 1. affirmat: Ipsum quem pro Deo habemus tanquam Deum in his, quæ non sunt aperte contra Deum, audire debemus. 4. Basi. c. 22. in constitut. exerc. 1. Bernard. de præcep. & dispensatione. 2 Philo. in li. de vita contemp. & ex eod. in Ios. & Ni eph. l. 1 se-ptus ... & ... lib. 2. de bello Iudaico. c. 7. Epiph. hær. 29 Hieron. ad Eustoch. de custod. virgi. Dionys. Paul... Eccl. hierar. c. 6. Basil. 1. demo... demo...

Huiusmodi autem fideles & excellentes Christi imitatores, qui dictis consiliis obseruandis serio vacarent, ut veteres ostendunt annales, Ecclesia 2 semper habuit, &

Aug. de morib. Eccl. Cathol. c. 31. Cass. col. 18. c. 4. & seq. Niz. in vita Basi. Athan. in vita Antonij. Sulp. in vita Mart. n. Isid. lib. 2. de off. Ecclesia c. 15. S... lib. ... cap. 12. Greg. ... 2 lib. dial. Chrys. st. adversi. vit. ... monast. vitæ & hom. 56. ad po... & ... item hom. 14. in 1. ad Tim.

Ac summa quidem Euangelicæ perfe- 3.1.Cor.13.a
ctionis in eo versatur, vt, quàm maximè 1.Ioan.3.c
possis ad 3 charitatē contendas, Christumq́ue Coloss.3.c
4. imiteris. Imitaris autem, si Christo, & Aug. de mo-
pauperi, & virgini, & alijs subdito, & ad ribus Eccles.
mortē vsq́ue Crucis obedienti, pro tua virili te Cathol.c.33.
studeas conformare: si cū Apostolo itidem 6. 4 Luc 9.c
Paulo neglectis iis, quæ retrò sunt, indefesso 5.2 Cor 8.b
labore ad vlteriora contendas & ad super- Matth.8.a
næ vocationis brauium te extendas in dies Luc.2.g
voluntate interim propria in totum, quo ad Phil.2.b
eius fieri potest, abdicata, ac homini propter 1.Pet.2.d
Deum subiecta, vt 1. æmuleris vsq́ue meliora 6.Phil.3.c
Charismata, partemq́ue optimam tum eli- 1.1.Cor.12.d
gas, tum bona fide in finem vsq́ue conserues. Luc.10.g

DE QVATVOR HOMINIS NOVISSIMIS.

I.

Quæ dicuntur quatuor hominis nouissima?

HÆC *videlicet; Mors, Iudicium, Infernus, & Regnum cælorum: dicta quidem nouissima, quod inter cætera omnia quæ homini accidere possunt, extremum planè locum sibi vendicent. Mors enim vi-*

dici solet, est vltima rerum [illegible]. Mortem
8. Hebr. 9. g *sequitur iudicium Dei sicut & Paulus his*
verbis ostendit: 8. Statutum est omnibus
hominibus semel mori, post hoc autem
Iudicium, *tum singulare scilicet, quod v-*
nusquisque moriens excipit, tum illud extre-
mum & vniuersale, quod omnes ad mun-
di finem exspectat, vt supra indicauimus.
9. Matt. 25. d *Iudicantur autem alij, quos in mortali*
peccato mors opprimit 9. *ve pœnis apud in-*
4. Matt. 22. *feros perpetuis addicantur: alij, quos ex*
Aug lib. post *hac vita migrantes ornat* 1. *nuptialis illa*
collat. contra *vestis charitas, vt* 2. *vita in cœlesti regno*
Donat. c. 20. *perbeata fruantur. Hoc est quod Euangeli-*
Greg. h[illegible] n. 11. *ca veritas asserit:* 3. Procedent qui bona
58. in Euang *[illegible]*
2. Matth. 25 fecerunt in vitam æternam: qui verò
3 Ioan. 3. mala, in supplicium æternum 4. Filius e-
Matth. 25. nim hominis venturus est in gloria Pa-
4. Matt. 15. tris sui cum Angelis suis; & tunc reddet
vnicuique secundum opera eius.

II.

Quomodo Scriptura nos de morte docet?

5. Rom. 5. b Sicut 5. per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit, *vt Paulus affirmat. Igitur & si hora mortis nihil sit nobis incertius,*

tum. Ne scit 6. enim homo finem suum : *morte tamen ipsa certius nihil esse potest. Vnde scriptum est, & res ipsa quotidie docet* : 7. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. *Idq; confirmans Ecclesiasticus 8.* Et Rex hodie est, *inquit*, & cras morietur. Cum morietur autẽ homo, hæreditabit serpentes & bestias & vermes. 6. Eccle. 6. 8 7. 2. Reg. 14. 8. Eccl. 10. b

Cùm verò plurimum referat quomodo, & quam parati moriamur, toties in Euangelio nobis repetitur illud : 1. Vigilate *Item*: 2 Estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet: *Parati verè & vigilantes mortem excipiemus, si serio & in omni vita pro se quisq; meditetur quod scriptum est.* 3. Ante obitum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum: *sicut & Christus dixit*, 4 Venit nox, quando nemo potest operari. 5. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. 1. Matt. 25. a Mar. 13. d 2. Luc. 12. e 3. Eccl. 14. c 4. Ioan. 9. c 5. Ioa. 12. a

Pulchrè autem Propheta inter iustorum, malorumq; mortem discreuit. Nam de his quidem dixit, 6 Mors peccatorum pessima, *illorum scilicet, qui velut pertinaces iudas, in peccato sine pœnitentia moriuntur, ac proinde sic pereunt, vt semper* 6. Psal. 33. c

Luc 16.f g apud inferos cum opulone diuite sint ex-
7.Psal.115.a cruciandi. De illis vero testatur 7. Precio-
sa in conspectu Domini mors sanctorum
eius. *Talibus quippe mors ista corporis ni-
hil est aliud, quam terrena huius peregri-
nationis, & aerumnarum mortalis vitæ ter-
minus, finisque quietus, & secura obdor-
mitio, veræ vitæ principium, & optatibilis
transitus ad beatam immortalitatem: Cu-
ius desiderio Apostolus flagrans, & huius
vitæ pertæsus.* Cupio, *inquit*, dissolui & es-
1.Phil.2.c se cum 1. Christo, 2. Beati, serui illi, quos
2.Luc.12.c cum venerit Dominus inuenerit vigilan-
3.Apoc.14.e tes, *Et*: 3. Beati mortui, qui in Domino
Sap. 4.b moriuntur; Iustus autem si morte præoc-
cupatus fuerit, in refrigerio erit.

III.

Quomodo Scriptura de Iudicio admonet?

Hebr. 10.f HOrrendum est incidere in manus Dei
4. 2. Cor. 15. viuentis, Christique iudicis, 4. ante
Rom.14. b cuius tribunal nos omnes oportet manife-
stari, & vnumquemque rationem pro seipso
5. Eccle.12.d reddere: 5. Cuncta enim, quæ fiunt addu-
cet Deus in iudicium pro omni errato,
siue bonum siue malum sit. *Quare non
6. Greg. li.8. modo peccatoribus, sed etiam sæpe sanctis
mor. c.13. 6. iudicij huius terribilis est exspectatio.
7.Psa.142.a Timuit hinc Dauid, vt sollicitè roget:* 7. Ne

intres in iudicium cum seruo tuo Domine: *Timuit & Iob quantumuis innocens* 8.Iob.31.b
summumq́; timorē his verbis ostendit. 8 Quid faciam, cum surrexerit ad iudicandū Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi? Semper, 9 quasi tumentes super me 9.Ibidem c
fluctus: timui Deum & pondus eius ferre non potui 1. Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. 1.Iob.9.e Vide Chrys. hom.46 ad pop. cum seq. Eff.em. in libro de iudicio extremo Aug. serm.6 de tempore. Isid. de summo bono lib.1.ca.30 Prosper. lib 3. de vita contempla. cap. 13.

Ac verò metuendus est Iudex ille, cuius non licet potestatem effugere, sapientiam fallere, æquitatem flectere, iudicium retractare. De quo sic scriptum extat: 1. Zelus & furor viri (Christi iudicis scilic.) non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Qui de seipso etiam suoq; iudicio (ne quis sit inscius) hoc omnibus pronunciauit: 2.Prou. 6. d
3. Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo 4. Ego Dominus scrutans cor & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum. 5. Ego opera eorum & cogitationes eorum venio vt congregem, cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam. 3.Psal. 74.a 4.Hier. 17.b 5.Esai. 66.

Cæterum de iudicij extremi die, qui & dies Domini, dies iræ, dies magnus & horri- Sophon.1.d Ioel.2.a

ribilis in scriptura dicitur, Apostolus Pe-
6. 2. Pet. 3. c *trus docet in hunc modum :* 6. Adueniet dies Domini sicut fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur: terra autē & omnia quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes soluentur, & elemēta ignis ardore tabescent.

1. Luc. 22. f *Vt verò tunc clementem iudicem Christum ac diem illum,* 1 *quo cœlum & terra*
2. Eccl. 18. c *transibunt nobis lætum habeamus, præclarum hoc est consilium Sapientis:* 2. Ante
3. 1. Cor. 11. languorem adhibe medicinam, & ante
4. Eccl. 1. iudicium interroga teipsum, & in con-
Vide Grego. spectu Dei inuenies propitiationem. 3 Si
lib. 9. moral. enim nosmetipsos dijudicaremus, nō vti-
c. 45. & seq. tiq; iudicaremur. 4 Timenti Deum, bene
Isid. lib. 4. de al. c. 42. & seq. erit in extremis & in die functionis suæ
Isid. de summo bono l. 1. benedicetur.
c. p. 31. & 32.

Prosper lib. 3. de vita contempla. c. 12.

IV.

Quid verò de inferno eiusque pœnis.

VT morte quidem nihil miserabilius, *vt iudicio etiam nihil est terribilius prætertim filiis huius sæculi obstinate peccātibus: sic inferno eiusq; pœna nihil intolerabi-*

rabilius ac infelicius potest excogitari. Ibi 1. Matth. 8. b
enim (teste 1. Scriptura diuina) fletus est 13 f. g. 22. b
& stridor dentium: ibi 2. vermis eorũ non 24. 25. c
moritur, & ignis non extinguitur: 3. ibi 2. Marc. 9. g
terra tenebrosa & operta mortis caligine: Esa. 66. g
ibi vmbra mortis & nullus ordo sed sempi- 3. Iob. 10. d
ternus horror inhabitat. 4. Ibi pars illorũ 4. Apoc. 21. b
in stagno ardentis ignis & sulphure, quod
est mors secunda; ibi 5 cruciabuntur die ac 5. Apoc. 20. c
nocte in secula seculorum. Ibi demum verũ
esse comperietur quod omnibus apud infe-
ros torquendis iustus iudex his verbis præ- 6. Esai. 65 c
dixit: 6 Ecce serui mei comedent, & vos esurietis; Ecce serui mei bibent, & vos sitietis; Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini; Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis; & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.

Itaque Propheta Regius Reges & Principes omnes compellat, atque futura malorum pœnas illis proponit cum hac graui admonitione: 7. Et nunc reges intelligi- 7. Psal. 2. c
te, erudimini qui iudicatis terram. 8 For- 8. Sap. 6. a
tioribus *enim* fortior instat cruciatio, & iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite disciplinã, ne quando irascatur Dominus; & perea-

& pereatis de via iusta, cum exarserit in
1. Luc. 12. a / Math. 10. c — breui ira eius. *Hinc & Christus ipse, dicit omnibus Voluit:* Timete eum, qui postquã occiderit, habet potestatẽ mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timete. *Vt enim est momentaneum quod in hac Vita delectat, ita sempiternũ est quod in gehenna excruciat.*

V.

De regno cœlorum quid ex Scriptura discimus?

2. Matt. 25. c / 2. Tit. 4. d / 2. Pet. 1. c / Luc. 14. d / Aug. serm 37 de Sanctis & lib. 22. de ciu Dei cap. 29. & 30. / 3. Rom. 8 c / 4. 1. Cor. 2. c / Esa. 64. b / 5. Apoc. 21. a / 6. Ibidem a

P*Arauit hoc Regnum Deus electis 2. ab origine mundi, regnum cœleste, regnum æternum, regnũ beatissimum, de quo Paulus apertè fatetur.* Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam 4. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit Deus his qui diligunt illum 5. O sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendentem de cœlo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo *De qua Ioannes diuinorum optimè conscius, hæc ex istis audiuit & scripsit:* 6. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus, & absterget omnem lachrimam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neq;

luctus

luctus, neque clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt: 1. *Illic auditur vox tubæ magnæ, & sicut vox aquarum multarum, & sicut vox tonitruorum magnorum dicentium*, Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei quia venerunt nuptiæ agni. 1. Apoc. 19. a

Beati, qui 2. ad cœnam nuptiarũ Agni vocati sunt: beatiores verò qui ad eam cœnam vocati, submotis impedimentis omnibus accedunt, vestemq; 3. nuptialem adferunt, & in Regno Dei cum Abraham, Isaac & Iacob recũbant. Nec opus est rogare; 4. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in mõte sancto tuo? Expedita est responsio: qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Aut si verbò Christi magis delectaris: 5. Qui facit voluntatẽ Patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. *Sancta hæc est ciuitas & sanctos etiam ciues requirit:* 1. non intrabit in eam aliquid coinquinatum. 2. Ibidem b Luc. 14. d 3. Mat. 22. b 4. Psal. 14. e 23. a 5. Matth. 7. c 1. Apoc. 21. c

VI.

Quis est vsus & fructus doctrinæ totius de quatuor nouissimis?

PRimum hæc ipsa cognoscere ac serio meditari, eò confert, vt à omni studio & Vide Greg. homil. 34. in Euang.

& amore illarum rerum, quæ caducæ, flu-
Isido. lib. 3. de *xæ & vanæ sunt in hunc mundo, facilius*
sum. bono *auocemur;* 2. Vanitas enim vanitatum,
cap. vlt. *dixit Ecclesiastes* : vanitas vanitatum &
2. Eccles. 1. a omnia vanitas. 3 Vidi quæ fiunt cuncta
3. Ibidem c sub sole, & ecce vniuersa vanitas & affli-
ctio Spiritus.

Deinde non solùm à cogitationibus va-
nis curisque terrenis hæc animaduersa homi-
nem reuocant, verùm etiam ab omni pec-
candi licentia, consuetudine & procliui-
4. Eccles. 7. d *tate deterrent. Hinc aurea illa sententia*
4. In omnibus operibus tuis memorare
nouissima tua & in æternum non pecca-
bis.

Præterea monent sapientem, vt cunctis
in rebus nihil temere faciat, sed extrema
5. Deut. 32. d *primum omnium sibi 5. proponat, fineque*
prospecto, via regia progrediatur, vt neque
6. Prou. 4. d *ad dexteram 6. neque ad sinistram a recto*
deflectat.

Præcipuè verò huiusmodi rerum memo-
1. Eccle. 1. b *ria & contemplatio id efficit, vt diuinus*
Eccli. 7. c *timor,* 1 *qui vera sapientiæ fons, totius vir-*
Prou. 14. c *tutis custos, ac in omni hominis vita neces-*
sarius est Pædagogus, magis magisque studio
2. Eccles. 1. c *nos confirmet ac proueheat. Nam* 2. timor
3. Eccles. 1. d Domini expellit peccatum; & qui sine
timore est, non poterit iustificari 3. Qui

timent

timent Dominum, inquirent quæ bene placita sunt ei, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Demũ qui timent Dominum, custodient mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini.

Ceterum filij seculi huius, qui sanitatẽ 4 *diligunt, & quærunt mendaciũ, qui lætantur cũ malefecerint, & exultant in rebus pessimis, ante quorum oculos nõ est Timor Dei, nihil minus illi quã his de rebus cogitationẽ suscipiunt.* 5 Gens absq; consilio est, & sine prudentia; vtinã saperent & intelligerẽt atq; nouissima prouiderẽt. *His videmus, quod Iob sanctus aubit, quotidie vsu venire:* 6 Tenent tympanũ & cytharã, & gaudent ad sonitũ organi; Ducũt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. Sic 1. risus dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupat.

4. Psal. 4. ad
Psal. 25.
Psa. 13. b
5. Deut. 32. d
6. Iob. 21. b
1. Prou. 14. b

VII.

Quæ est summa eorum, quæ in hoc libro continentur?

S*Vmma totius operis duabus rebus continetur,* SAPIENTIA ET IVSTITIA CHRISTIANA. *Ad sapientiam hoc*

hæc capita, videlicet, de Fide, & Symbolo Fidei, de Spe & Oratione Dominica, de charitate & Decalogo referũtur. Nã Fides, spes, Charitas illæ virtutes sunt quibus veram hominis sapientiã vt Augustinus annotauit, diuina Scriptura cõcludit. Accessit porro de præceptis Ecclesiæ, & de Sacramentis tractatio. Sicut enim prædictæ virtutes absque Sacramentis & præceptis Ecclesiæ rectè obseruatis subsistere non possunt, ita eorum accessione efficaciter nobis inserũtur, insertæ confirmantur, augentur & perficiuntur. Itaq; in ijs, quæ ad sapientiã referimus, explicandis, prior libri pars absoluta est.

2. Psal. 33. e & 63. e — Posterior quæ circa iustitiam versatur, duas eius partes tum ad mala refugienda, tum ad bona consectanda spectantes breuiter enucleat. Etenim abstinere à malis,

3. in Psal. 4. Bern. ser. 14. ex paruis sermo. Prosper. serm. 16. — Chrysostomo 3. teste non satis nobis est ad salutem, nisi adsit etiam bonorum possessio & virtutis actio; Vtraq; igitur paris capita nonnulla, quæ præcipuè ad malorum, bonorumq; discrimen obseruandum pertinent, accommodata sunt. Totius autem Iustitiæ vim & amplitudinem Tobias vir æquè sapiens ac iustus, succinctè comprehendit, vbi suum filium, adeoq; in illo filios Dei omnes sigillatim admonet in hæc

verba:

Verba; 2. Noli timere fili mi; pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus benè. *Ita demum dicimus Christiani hominis integrum officium, quod non modò fidem, sed Vitam etiam, quæ secundum Sapientiam, & iustitiam Christianam instituta sit, omnino requirat.* Sapiens autem 3 cor, & intelligibile, *Vti Scriptura testatur*, abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. 2. Tob. 4. d 3. Eccles. 3. a

Verùm enimuerò ne instituta breuitatis terminos prætereamus doctrina huius ad Christianos, eosq; inprimis simpliciores instituendos pertinentis, hic modus & finis esto. Quæ omnia Vno Ecclesiastis Verbo, tanquam totius humanæ Vitæ illustri sigillo, consignabimus, ita concludentes: 1. DEVM time, & mandata eius, obserua, hoc est enim omnis homo. 1. Eccles. 12 Eccles. 2. b

Confirma hoc DEVS quod operatus es in nobis. Psal. 67. 1.

FINIS.

INDEX TOTIVS LIBELLI ORDINEM ET SVMMAM COMplectens.

Christiana doctrina circa Sapientiam & iustitiam versatur.

Ad Sapientiam, quæ ordine sequuntur, & infra tractantur capita, referri possunt.

1. De Fide & Symbolo Fidei.
2. De Spe, & Oratione Dominica, cum Angelica salutatione.
3. De Charitate & mandatis Decalogi cum Ecclesiæ præceptis.
4. De Sacramentis.

Ad iustitiæ priorem partem, quæ in malis fugiendis est sita, pertinent hæc capita.

1. De peccatis septem capitalibus.
2. De peccatis alienis culpa aliqua nostra ad nos pertinentibus.
3. De peccatis in Spiritum sanctum,
4. De peccatis in cœlum clamantibus.

ad

Ad iustitiæ partem alteram quæ in bonis faciendis aut consectandis est posita, rectè referri possunt.

1. Bonorum operum genera triplicia.
2. Opera misericordiæ.
3. Virtutes Cardinales.
4. Dona & fructus Spiritus sancti.
5. Octo beatitudines.
6. Consilia Euangelica.
7. Quatuor hominis nouissima.

Ad Christianæ doctrinæ totius summã, Vnico ceu Verbo comprehendendam, Ecclesiastici sententia ne tatu digna est, quæ ait; Fili, concupiscens Sapientiam, conserua Iustitiam, & Deus præbebit illam tibi.

